141. S. Augustinus de disciplina; Ioannes et eius homiliae; Senecae libellus conflictus virtutum et vitiorum. — Pag. 109. nota quasdam voces Teutonicas, v. g. idalghelf (Eitelgehülf), haz, kiflos, bissbrachida. Saec. X. membr. 4. (S. 338.)

142. S. Augustini, Cypriani, Bonaventurae, Cyrilli et Gersonis opuscula; tr. de arte bene moriendi a D. Iacobo, theologiae professore, ord. Carthusiensis conventuali in Erfordia; de pur-

gatorio visiones; Patricii purgatorium. — Scriptor Malchias Bürer, capellanus S. Stephani in Memmingen, a. 1477. Saec. XV. chart. 4. (S. 243.)

143. S. Augustini lib. contra manichaeos c. not. — Membrana diversa. Compactura prima. Saec. X. membr. 4. (S. 268.)

144. S. Augustinus de fidelibus defunctis; saec. X. membr. 4. (S. 340.)

145. S. Hieronymus in Matthaeum; S. Augustini sermo de persecutionibus Christianorum. — Codex humore infectus. Saec. X. membr. fol. min. (S. 224.)

146. S. Augustinus de X chordis et adversus haereses; Alcuinus de virtutibus et vitiis ad Witonem; homiliae S. Augustini; dicta S. Bonifacii; sermones. — Codices duos in unum colligatos esse patet ex numeris quaternionum. Colligatura prima. Saec. IX. et X. membr. fol. min. (S. 200. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

147. S. Augustinus de doctrina christiana. — Compactura secunda. Membrana diversa. Saec. X. fol. (S. 233.)

148. S. Augustinus de fide et divinatione, et epistolae missae et receptae; S. Prosper adversus Cassianum; Pelagii errores, omnia c. not. man. Ekkehardi IV. Saec. XI. membr. 4 maj. (S. 211.)

149. Sermones S. Augustini ad fratres c. notis marginalibus longis. Saec. XIV. membr. fol. min. (S. 194.)

150. Codex collectaneus, in quo S. Augustini, Cypriani, Gregorii Nazianz. opuscula, poenitentiale Theodori Cumaeani, canon missae, responsa P. Gregorii ad Bonifacium, visiones. — Plures quaterniones diversis scripti manibus colligati hic reperiuntur. Membranae omnis generis. Saec. IX. et X. membr. 4. (S. 251.)

151. S. Augustini expositiones in epistolas Pauli ad Romanos et Galatas; Lanfrancus adversus Berengarium; lib. pastoris seu Hermae. — Opusc. tria diversis scriptoribus et characteribus exarata et in unum codicem compacta hic reperiuntur, ut et ex quaternionum numero adscripto apparet. Saec. X. et XI. membr. 4. (S. 228.)

152. S. Augustinus de utilitate credendi et de natura boni et de VIII quaestionibus; S. Cyrillus de incarnatione; S. Hieronymus de assumptione B. Virginis; S. Augustinus et S. Gregorius de defunctis; vita S. Quintini. — Sub Hartmoto scriptus; characteres et membranae diversae, quaternionibus aliis primis XV adiectis pag. 225 usq. ad finem. Tractatus S. Hieronymi de assumptione B. Virginis per scholarem scriptus et professori Ruodberto dedicatus (vid. pag. 277.). Compactura prima. Saec. IX. et XI. membr. 4. (S. 214.)

153. S. Augustini retractationum libri duo. — Compactura prima. Saec. IX. membr. fol. (S. 282.)

154. S. Augustinus de sermone in monte habito et quaestiones in evangelia S. Matthaei. — Codex in commune patratus. Compactura prima. Saec. IX. membr. fol. min.

155. S. Ambrosii sermones in verba evangelii S. Ioannis. — Codex in commune patratus. Pag. 88. notatur: „ista quaternio inemendata.“ Saec. X. membr. fol. (S. 157.)

156. S. Augustini sermones. — Compactura prima. Saec. IX. membr. fol. (S. 93.)

157. S. Augustini quaestiones; epist. ad Maximum; sermo in eius natali; lib. II contra adversarios legis. — Membrana pulchra. Codex pulcherrimus sub Grimaldo scriptus. Saec. X. membr. fol. (S. 158.)

158. S. Augustinus de baptismo. — Compactura prima. Codex pulcherrimus sub Grimaldo scriptus. Saec. X. membr. fol. (S. 44.)

159. Epistolae S. Hieronymi, Augustini, Damasi, Cassiodori. — Manus Ekkehardi IV. pag. 128 et ubique in notis adiectis reperitur. Pag. 72 et 197 Teutonica leguntur theologica ubique. Saec. X. membr. fol. (D. 81.)

160. Quaestiones S. Augustini in heptateuchum. — Codex optimus. Saec. X. membr. fol. (S. 95.)

161. S. Augustinus in genesin. — Codex optimus. Saec. X. membr. fol. (S. 138.)

162. S. Augustinus in psalmum I. — XXXVI. — Codex in commune patratus et scriptus sub Grimaldo. In notis adiectis observatur manus Ekkehardi IV. Ex eo posterioribus saeculis in choro lectae sunt lectiones pag. 174. Saec. X. membr. fol. (S. 39.)

163. S. Augustinus in psalmum I. — LXXVII. — Codex bonus a pluribus scriptus. Saec. X. membr. fol. (S. 42.)

164. S. Augustinus in psalmum LXXVII. — C. — Codex bonus in commune patratus. Compactura secunda. Saec. X. membr. fol. (S. 43.)

165. S. Augustinus in psalmum XXXVI. — L. — Codex in commune patratus. Folia 277 et 278 scripsit Waningus, haud dubie ille, qui abbatis Oralonis capellanus fuerat. Saec. X. membr. fol. (S. 41.)

166. S. Augustinus in psalmum C. — CXVIII. — Codex in commune patratus. Pag. 141 et alibi observatur manus Ekkehardi. Saec. X. membr. fol. (S. 40.)

167. Expositio psalmorum a S. Augustino excerpta. — Characteres robusti. Saec. X. membr. fol. (S. 2.)

168. S. Augustini homiliae in Ioannem; cantilena Ratberti de S. Gallo; pag. 405 inscriptiones in picturas vitam S. Galli in claustro exhibentes. — Codex optimus et pictis initialibus. Cantilena de S. Gallo c. notis et inscriptiones in eius vitam depictam versibus Leoninis. Saec. IX. membr. fol. (S. 52.)

169. S. Augustini homiliae in Ioannem, pars II. — Codex in commune patratus. Saec. X. membr. fol. (S. 94.)

170. S. Augustinus de consensu evangelistarum. — Codex optimus. Saec. X. membr. fol. (S. 97.)

171. S. Augustinus de pastoribus, de baptismo, de spiritu et litera. — Codex optimus. In margine occurrunt hinc inde notae tironianae. In schediasmate pag. 3 agitur de ordinibus conferendis. Compactura secunda. Saec. X. membr. fol. (S. 4.)

172. S. Augustinus contra Faustum et Manichaeos. — Codex optimus; compactura secunda, in qua S. evangelii fragmentum pag. 258 adglutinatum fuit. Pag. 222 notatur collatum hucusque esse. Sub Grimaldo patratus. Saec. X. membr. fol. (S. 5.)

173. Eiusdem tenoris ac praecedens est. — Codex optimus, characteres robusti. —Saec. IX. membr. fol. (S. 13.)

174. S. Augustini epistolae; pag. 1 antiphona de S. Wiborada c. not. et ibidem cantilena de S. Gallo; pag. 191 probatio argenti; pag. 194 aenigma arte calculatoria solvendum. — Codex optimus et correctus vel litera r (require) notatus a scriptore quodam aliud exemplar non habente, notisque ab Ekkehardo IV. hinc inde intermixtus. Voces Teutonicae, v. g. chorsangere, choraula, suegelare, orgenare. Sub Grimaldo patratus. Saec. XI. membr. fol. (S. 56.)

175. S. Augustinus de trinitate. — Codex optimus c. adiectis notis IV lectorum, quorum iunior Ekkehardus IV. esse videtur. Is ait pag. 64: „alius incautus erat, qui hunc librum velut correxit“. In infimo margine saepe delineationes hominum, animalium etc. cernuntur. Saec. IX. membr. fol. (S. 8.)

176. Eugippi excerpta ex operibus S. Augustini. — Correctores vi-

tiose scripti codicis tres. Primus pag. 18. 39 vel 71 etc. ad alia exemplaria provocat. Manus Ekkehardi IV. visitur pag. 295. 130. 214. etc. Nota de cella S. Galli pag. 298 ab Ekkehardo adiecta. Saec. IX. membr. fol. (S. 9.)

177. S. Augustini de civitate dei lib. I. — XIV. — Codex in scripturae forma aliis dissimilis, utpote in Gallia scriptus iuxta inscriptionem pag. 452: „Hunc librum Heribaldus, Autissiodorensis ecclesiae episcopus, S. Stephano pro vita aeterna". Saec. IX. membr. fol. maj. (S. 7.)

178. S. Augustini de civitate dei lib. XI. — XXII. — Codex bonus. Tres lectores notas ei adscripsere; ultimus eorum est Ekkehardus. Codex in commune patratus. Saec. X. membr. fol. maj.

179. S. Augustini de civitate dei lib. I. — XXII. Saec. XIV. chart. fol. min. (S. 96.)

180. S. Augustini homiliae in I. S. Ioannis epistolam; orationes et praefationes de S. Marco, Afra, Othmaro. — Optimus codex, sed ab initio madefactus. Saec. IX. membr. fol. min. (S. 217.)

181. S. Augustini homiliae in apocalypsin. — Diversis scriptus manibus. Saec. IX. membr. fol. min. (S. 223.)

182. Cassiani collationes, deutsch für die Laienbrüder. Es gehörte dem Anton von der Gais, pag. 570. Saec. XV. membr. fol. (D. 171.)

183. Cassiani collationes et pag. I. vocabularium Teutonicum. — Codex praeclarus, robustis characteribus scriptus, literis initialibus variis coloribus expletis. Saec. IX. membr. fol. (S. 50.)

184. S. Prosper in psalmos; S. Augustini et Valeriani opuscula; de S. Michaële, de computo; pag. 223 anni domini post ann. 532, ubi nomina Romanorum imperatorum et regum Francorum incongrue assignata conspiciuntur; pag. 243 loquela digitorum; versus de Hippolyto; cantilena bibulorum; gradus consanguinitatis; formularum exemplar; Teutonicum vocabularium. Saec. X. membr. fol. (S. 105.)

185. S. Prosper de promissis. — Codex praeclare ab initio saec. IX. scriptus, charactere Longobardico. Pag. 217 verba in principio exarata sunt literis Merowingicis. Saec. IX. membr. fol. min. (S. 134.)

186. S. Prosper de vita contemplativa c. effigie Armati. Pag. 193 scriptura secreta. — Scriptores duo, ut videtur, extranei adhibiti sunt. Saec. X. membr. fol. min. (S. 221.)

187. Solinus de situ orbis terrarum; S. Prosper de vita contemplativa et epigrammata; S. Ambrosius de bono mortis; versus acrostici de S. Gallo. — Libri duo diversi colligati. Compactura secunda. Saec. X. membr. fol. (S. 205.)

188. Homiliae S. Maximi, episc. Taurinensis. — Codex omnium antiquissimus, scriptus Romana unciali. Pag. 226 omissa restituuntur characteribus Merowingicis. De hoc codice lege addidamenta in catalogo ms. a d. magno Hungerbuler. Saec. VII. membr. fol.

189. Eucherii quaestiones; Isidori jun. lib. differentiarum; S. Hieronymus sup. Danielem. — Scriptura saec. VIII. desinentis vel IX. inchoantis est. Codex bonus. Compactura prima. Calami probationes sunt: „unneheri, peroliubeli, hundisgizila. Cotepnet scripsit." Membr. 8. maj. (S. 218.)

190. De S. Ioanne evangelista; epistolae variorum pretiosae, ut Fausti, Reiensis presbyteri, Ruricii episc. epistolae, Desiderii Cadurcensis epistolae. — Codex iste Baluzio cum aliis fuerat missus et ab eo excerptus. Compactura secunda. Saec. IX. membr. 8. (S. 368. vid. Pertz Reise, pag. 508.)

191. Gennadius de viris illustribus; Claudiani poëmata; libri canonici. — Duo opuscula diversa in unum compacta sunt codicem. Gennadius in reformatione ablatus a Schobingero posthinc redemtus est. Saec. X. et XII. membr. 8. (S. 372.)

192. Fulgentius de virtutibus, de VII sacramentis. Saec. XIV. membr. 4. (S. 409.)

193. Codex rescriptus. Prima scriptura referebat librum Danielis vulgaris versionis, literis minusculis Romanis saec. VI. scriptum; secunda homilias Caesarii, Augustini, Hieronymi et voces Teutonicas. Saec. IX. membr. 8. (S. 367.)

194. Codex rescriptus. Prima scriptura, saec. VI., ex literis minusculis et uncialibus mixta, continet fragmenta lib. proverbiorum, cantici canticorum, ecclesiastici, sapientiae; secunda scriptura saec. VIII. homilias S. Caesarii; membr. 8. (D. 430.)

195. Ferrandi diaconi tr., qualis debeat esse dux. — Codox bonus. Compactura prima. Saec. X. membr. 8.

196. Fortunati Venantii carmina; Symphosii aenigmata. — Codex bonus c. not. adiectis. Graecarum vocum et mensurae explicatio in operculo anteriori legitur. Saec. X. membr. 4. (D. 256. vid. Pertz Reise, pag. 461. 511.)

197. De excidio Troiae; carmina Aviti, Columbani, Theodulphi, Waltrammi, Iuvenci, Sedulii. — Codex collectaneus poëticus a diversis scriptus et in unum ligatus. Saec. X. membr. 4. (D. 205.)

198. Alcimi Aviti carmina. — Codex bonus. Saec. X. membr. 4. (D. 348.)

199. Cassiodorus de institutionibus et VII artibus; excerpta ex S. Augustino. — Codex bene scriptus. Saec. X. membr. 4. (S. 244.)

200. Cassiodorus in psalmos; Alcuini rhetorica et musica. — In initio codicis signorum aliqua in margine notari solita explicantur. Usque ad quaternionem VI. variae manus observantur. Compactura secunda. Est a Grimaldo patratus. Saec. X. membr. fol. maj. (S. 46. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

201. Cassiodori in psalmos pars secunda. Saec. X. membr. fol. magn. (S. 47.)

202. Cassiodorus in psalmos, pars tertia. — Pag. 232. initiales scribuntur colore caeruleo. Saec. X. membr. fol. magn. (S. 48.)

203. S. Gregorii M. XL homiliae; Ficheti rhetorica; ius naturae, dictatum 1462 tempore tribulationis; dialectica; Persii satyrae. Saec. XV. chart. fol. (D. 108.)

204. S. Gregorii M. LX homiliae, lege capitularium Francorum cuilibet parocho haberi praeceptae. — Codex munde et nitide scriptus initialibus literis pulcherrime deauratis et depictis in membrana candida et sibi simili. Pag. 2 legitur: „Ripold scripsit, Adelmus scripsit". Saec. X. fol. magn. (D. 76.)

205. S. Gregorii M. in Iob libri XXXV excerpti. — Initiales coloratae. Codex est ab eadem manu scriptus, excepta pag. 236. Saec. IX. fol. magn. (D. 33.)

206. S. Gregorii in Iob pars I. — Robusta scriptura. Pag. 1. „liber Sancti Galli", characteribus cuneatis exaratum est. Pag. 324, de Conradino rege, episc. Constantiensi et abbate Bertholdo ad annum 1262 legitur nota. Saec. IX. fol. magn. (D. 32. vid. Monumenta, pag. 71.)

207. Eiusd. operis pars II. — In ecclesia olim hi tomi asservabantur, sub directione custodis S. Galli. Saec. IX. fol. magn. (D. 39.)

208. Eiusd. operis pars V., amissis parte III. et IV. — Scriptura robusta, membrana candida et firma. Saec. IX. membr. fol. magn.

209. Eiusd. operis pars VI. et ultima. — Codex optimus, scriptura robusta et membrana candida ac firma. Saec. IX. fol. magn.

210. Eiusd. in Iob lib. XXXII. et XXXV. alterius editionis ac praecedens; ab initio et in fine sermones duo alia manu scripti. — Codex optimus initio saec. IX. eadem manu scriptus. membr. 8. (S. 135.)

211. Homiliae S. Gregorii M.; responsoria c. notis de S. Othmaro ad nocturnos et processionem. — Codex egregius, in membrana solida robustis characteribus nitide scriptus. Saec. IX. fol. magn.

212. Homiliae X S. Gregorii M. in Ezechielem pars II. — Codex eadem manu circa a. 850 correcte scriptus. Saec. IX. membr. 4.

213. Codex rescriptus, libros dialogorum S. Gregorii, saec. IX. scriptos, nunc exhibens, prius autem institutiones Lactantii, saec. IV. vel V. scriptas. — Codex, quoad membranas, omnium antiquissimus; fol. min.

214. Fragmenta codicis Merowingici, dialogos S. Gregorii continentis. — Paginae istae scriptura Merowingica nitide pictis capitalibus et uncialibus rubris scriptae sunt, converso atramento nigro in colorem viridem circa finem. Reliquiae admodum rarae. Saec. VII. membr. 4.

215. S. Gregorii M. lib. dialogorum. — Codex optimus. Membrana solida et scriptura robusta, alias ad s. scriptur. exarandam adhiberi solita. Signum, quo locus, ubi lectio continuanda sit, demonstrabatur, adhuc adest. Saec. X. fol. (S. 78.)

216. S. Gregorii M. lib. pastoralis; S. Hieronymus de gradibus sacerdotum. — Codex bonus, magna diligentia circa 840 scriptus. Pag. 223 legitur: „Regiboldus noster bonus comes.“ Opercula cupro et opere encausto sunt obducta, in quo imagines crucifixi et iudicis partim sculptae, partim caelatae sunt. Saec. IX. membr. fol. (S. 82.)

217. S. Gregorii M. lib. pastoralis; liber medicinalis (pag. 252); botanicon (pag. 275). — Opuscula duo diversa in uno volumine colligata. Membrana impura. Compactura secunda. Saec. IX. fol. min. (S. 225.)

218. De S. Pelagio et eius agone; S. Gregorii M. lib. pastoralis. — Codex tribus locis mutilus, scissuris et foraminibus et paginis aliquibus character. diform. plenus. Pag. 158 praeter imagines canum, leporum et illa auctoris delineata adest. Saec. X. 4 maj. (S. 192.)

219. S. Gregorii M. lib. pastoralis. — Membrana sordida, characteres parvi, sed lati margines. Saec. IX. 8 maj. (S. 250.)

220. S. Gregorii M. lib. pastoralis. — Aliquae paginae manu recentiore exaratae sunt. Compactura secunda. Saec. X. membr. 8 maj. (S. 393.)

221. Homiliarum B. Gregorii M. XXVI. — Scriptura saec. IX. octavo appropiante in membrana sordida et rigida exarata est, depictis initialibus. Saec. IX. 8. (D. 395.)

222. S. Isidori lib. officiorum; baptismus (pag. 137); capitularia (pag. 139). — Codex mundus et bonus. Saec. X. membr. 4. min. (S. 434.)

223. S. Isidori junioris lib. de synonymis; orationes ad iudicium, ad missam; catalogus abbatum S. Galli. — Compactura prima. Saec. XII. membr. 4. min. (S. 433.)

224. S. Isidori lib. differentiarum; S. Augustini enchiridion. — Membrana varia, densa, obscura et subtilis ac candida. Scriptura clara, facil. legenda. Codex mutilus pag. 173 et in fine. Saec. IX. 4. (S. 274.)

225. S. Isidori lib. differentiarum; passio SS. Felicis et Regulae; lib. Methodii; dicta S. Hieronymi. — Membrana sordida, crassa; characteres crassi et distincte designati; initiales depicti. Saec. VIII. 4. alt. (D. 218.)

226. Codex rarus, scriptus in papyro ex corticibus arborum confecto, Isidori sermonem continens et duos ad monachos. — Pretiosa haec folia, in principio et fine mutila, divergunt ab editis. Vide notam exemplo a D. Magno subiectam, qui folia praedicta membranis marginari curavit. Scriptura Merowingica in prima pagina. Saec. VII. 4.

227. S. Isidori libri sententiarum et officiorum; sermones S. Augustini, Chrysostomi, Hieronymi, Gregorii; expositio IV evangeliorum. — Codex bonus et aevo suo conveniens. Compactura prima. Nomina Wolfram, Abo, monachorum contemporaneorum S. Galli sunt. Saec. IX. 8. (S. 270.)

228. S. Isidori sententiarum libri III, seu de summo bono. — Continet membranam obscuram, rigidam et scriptura aevo suo convenientem. Prima compactura. Saec. IX. 8 maj. (S. 277.)

229. S. Isidori sententiarum libri III. — Codex optimus, pulcherrime et depictis initialibus scriptus. Characteres ab initio Scotticum quid spirant; eorum nitor paulatim minuitur et membranae tenuiores apparent. Saec. X. fol. min. (S. 202.)

230. S. Isidori libri III, seu de summo bono; Eucherii, Augustini, Gregorii, Eligii sermones; passio S. Dionysii. — Codex collectaneus praeclarus, pictis initialibus in membrana pulcherrima, hinc inde consarcinata, minutis literis exaratus. Saec. IX. fol. (S. 207.)

231. S. Isidori etymologiarum libri X, pars I. — Codex optimus, pag. 374 mutilus, membrana inaequalis. Saec. X. fol. (S. 169.)

232. S. Isidori etymologiarum libri XI. — XX., pars II. — Codex optimus. Intus in operculo anteriori nomen Notker eadem scriptura secreta scribitur, quam Isidorus in codice, pag. 231, docet. Compactura prima. Saec. X. membr. fol. (S. 173.)

233. S. Isidori etymologiarum lib. VI. — XV. — Dissimiles sunt sibi membranae et scripturae in parte prima, in altera a pagina 878 similes plerumque. Fuit haec pro separato codice exarata, ut ex numeris quaternionum liquet. Saec. IX. fol. (S. 201.)

234. Vocabularium vel dictionarium biblicum. — Codex papyraceus, pessime scriptus. Anno 1402 Heinric Lütenrieter, presbyter a Nicolao Mundli illum una libra Haller (Pfund Häller) emerat. Saec. XIV. 4 maj. (S. 432.)

235. S. Isidori etymologiarum lib. XII. — XIII.; de baptismi ceremoniis. — Codex in pergameno pulchro diligenter scriptus ab initio saec. IX., hinc connexiones literarum Longobardicae et characteres Merowingici frequentes. Scriptura pedetentim decrescit. Ligatura prima. Initiales elaboratae absque coloribus. Membr. fol. min. (S. 168.)

236. S. Isidori etymologiarum lib. XII. — XX. — Codex optimus, eadem manu pulchre scriptus. Saec. X. membr. fol. (D. 165.)

237. S. Isidori etymologiarum lib. I. — XX.; pag. 2 de monstris humanis. — Codex optimus, depictis initialibus et multis verbis colore viridi aut flavo. Pag. 1 orbis terrae delineatus. Pag. 327 alphabetum Scythicum et Slavicum. Ibidem superstitiosa de angelis. Pag. 326 Graeca. Ligatura secunda. Saec. IX. membr. fol. (D. 174.)

238. Winitharii, S. Galli anno 767 decani, codex collectaneus, continens vocabularium, quaestiones ex S. Hieronymo et Isidoro, Seneca, scriptura s. — Codex scriptus a D. Winithario ante annum 767, quo ut decanus recurrit, etsi characteres diversi plures scriptores indicare videantur. Membr. fol. (D. 162.)

239. S. Isidorus in pentateuchum, Iosuam etc. — Volumen recte et bene scriptum. Saec. IX. membr. fol.

240. S. Isidori lib. proëmiorum; de sanctis vet. et novi testamenti; allegoriae de natura rerum, officiorum divinorum. — Codex nitide scriptus; latis marginibus. Figurae astronomicae pag. 158. Tituli unciales rubri bene scripti. Saec. X. membr. fol.

241. S. Gregorius per Paterium excerptus; S. Hieronymi quaestiones; S. Augustini homiliae; expositio symboli et orationes dominicae. — Duo codices bene scripti colligati sunt. Saec. IX. fol. (S. 193.)

242. S. Notkeri hymni de beato Stephano in Metensi urbe patrono; Adelhelmi et Sedulii carmina; Teutonica de VII tonis et vocabularia. — Codex collectaneus, in quo diversae manus et membranae. Duae ultimae paginae scriptura Longobardica ad finem saec. VIII. scriptae sunt. Saec. XI. 4. (D. 175.)

243. Excerpta Eadberti ex bibliis, SS. patribus, canonibus pro variis causis. — Membrana solida, pulchra, scriptura nitida. Initiales flavo aut viridi colore obductae, ut et multae lineae. Saec. IX. fol. (S. 145.)

244. Ambrosius Ansbertus in apocalypsin, pars I. — Librariorum Notkeri et Annonis manus dissimiles sibi multum non sunt. Liquet ex eo, post tempora Gregorii VII. libros scriptos fuisse in S. Gallo. Saec. XII. membr. fol.

245. Eiusdem in eandem pars II. — Codex bonus. Praeter librarios Ulricum et Utonem pag. 339 et Otbertus occurrit. Revera et tres manus observantur librariorum. Notae in margine Ekkehardi IV. sunt. Ligatura secunda. Membrana dissimilis. Saec. XII. fol. (D. 203.)

246. Beda de divinis officiis. — Codex bonus, scriptura munda, pergamenum crassum. Saec. XII. fol.

247. Bedae historia gentis Anglorum. — Codex in commune patratus et munde scriptus. Saec. X. membr. fol. (vid. Pertz Reise, pag. 118 et 504.)

248. Boëtius et Beda de computo, mathesi, astronomia, geographia, globo et VI aetatibus mundi; Virgilii fragmenta. — Codex diversis manibus scriptus, multis mathematicis figuris. Ligatura secunda. Saec. IX. membr. fol.

249. Beda de orthographia; excerpta ex Terentiano, Scauro; Agroëtius de orthographia. — Codex pulchre et munde scriptus. Membrana optima et candida. Partis primae scriptura saeculum VIII. prae se fert. Fol. (S. 195.)

250. Collectio tractatuum de astrologia, cursu lunae, ciclo paschali, tempore etc.; astrologia Arati c. globo et signis coelestibus; astrologia Hygini; computus Graecorum; Beda de naturis rerum, de VI aetatibus mundi; Columbanus de saltu lunae; calendarium; Wandelberti calendarium metricum; S. Augustinus et Hieronymus de paschate; annales brevissimi. — Codex rarus in S. Gallo a nota manu in pergameno candido, polito scriptus et multum tritus manibus. Zodiacus pag. 519 et caetera bene delineata sunt. Globus coelestis pag. 472 omnino ad formam hodierni efformatus cernitur. Membrana et scriptura nonnunquam sibi dissimiles. Saec. XI. 4. (S. 195. vid. Pertz Reise, pag. 503 et Monumenta pag. 62, 69 pluries.)

251. Winitharii collectio pro computo; Beda de naturis rerum et de tempore. — Scriptura et membrana saec. IX. convenit. Ligatura secunda. Winitharius, auctor huius collectionis, vixit in S. Gallo circa a. 870 et 904. (vid. codicem traditionis et catalogum monachorum antiquum) et est alius ac Winitharius decanus. Fol. (S. 26.)

252. Beda in epistolas catholicas. — Codex in commune patratus in membrana solida, satis alba. Pag. 205 legitur vox tironianis signis scripta. Tegumentum nigrum recentius est, sicut et omnia rubra. Loca quaedam textus erasa sunt et alia manu scripta. Saec. IX. fol. (D. 70.)

253. Beda in Tobiam, Esdram, Nehemiam. — Codex mundus, nitidus. Membranae pars maior solida. Margines lati. Saec. IX. fol. (S. 203.)

254. Beda in Iesaiam; morbus, obitus, epitaphium Bedae. — Codex purus et pulcher, in quo finis capitum semper metrice indicatur. Pag. 253 verba idiomate Anglico a Beda pronuntiata. Saec. IX. fol. (D. 20.)

255. Bedae hexaëmeron; Isidorus de Christo; Hieronymus de filiis Israël; libri II Macchabaeorum. — Codex collectaneus, colligatis quatuor diversis opusculis a totidem librariis in pergameno nunc pulcherrimo, nunc sordido, nunc et scisso et perforato. Saec. X. 4. (D. 230.)

257. Bedae comm. in Marcum. — Codex optimus, membrana solida et constanter eadem. Quaternionum numerus literis nominatur. Pag. 3 Pippinus rex. Literarum in margine occurrentium sensus ignotus. Ligatura secunda. Saec. IX. fol. (D. 73.)

258. Bedae comm. in Ioannem. — Codex optimus, a pluribus scriptus; literae initiales A (pag. 5) et In (pag. 6) et notae marginales manifeste a Scoto scriptae sunt. Pag. 178, 132, 196 etc. citatur numerus paragraphorum, in quos olim evangelia divisa fuere. Compactura prima. Saec. IX. membr. fol. min. (D. 282.)

259. Beda in actus apostolorum et in apocalypsin. — Actus apostolorum una manu in solida et crassa membrana initio saec. IX. nitide scripti sunt. Uncialis, qua textus scripti visuntur, illam saec. VII. ad vivum exprimit. Secunda pars eodem tempore, ut ex numero quaternionum liquet, exarata est in membrana dissimili. Fol. (S. 301.)

260. Continet eadem, ac numerus praecedens. — Codex munde et bene scriptus in membrana colore et spissitudine diversa. Hartpertus a Wicramo magistro monitus post medium saec. IX. compegit, ut pag. 390 legitur. 4. (S. 267.)

261. Beda in epistolas canonicas; S. Hieronymus de connexionibus literarum et Hebraicis nominibus; eclogae tractatuum in psalterium. — Codicis collectanei pars prima in commune patrata est; in altera, ab eodem scripta, citantur in margine SS. patres. Constat membrana exquisita. Saec. IX. 4. (D. 280.)

262. Beda in epistolas canonicas; antiphona c. not. de sancta communione. — Codex optimus, membrana solida. Saec. IX. 12. (S. 427.)

263. Carmina Bedae de S. Cudberto; Althelm de virginitatis laude; Theodulfi, episcopi Aurel., epistola de suo exilio ad Modoinum c. Modoini responsione; versus artificiosi. — Scriptura et membranae pulchrae sunt. Saec. X. 4. min. (S. 426. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

264. Iuliani episc. prognosticon, seu de statu animarum defunctarum; pag. 237. Ekkehardi IV. crisis brevis christianorum et gentilium poëtarum. — Volumen nitide et munde scriptum. Saec. X. membr. 8. (S. 425.)

265. Ermenrici Augiensis epistolae; carmina de S. Gallo; Hippocratis ad Antiochum epistola; Bedae vita de S. Cudberto. — Lib. pulchre et ordinate in membrana firma scriptus contra morem San-Gallensium sine duplici columna. Cum rebus San-Gallensibus saec. IX. multam lucem effundat, editus est a Mabillonio in analectis. Saec. X. 4. (D. 404.)

266. Beda de tabernaculo et vasis sacris Iudaeorum. — Lib. munde

scriptus in pergameno potissimum candido. Compactura secunda. Saec. X. fol. min. (D. 278.)

267. Catalogus bibliothecae S. Galli in apographo; Alcuinus in psalmos et alia Alcuini. — Codex in membrana firma, perquam nitide scriptus. Catalogus recentior non nihil esse videtur. Verba: „hucusque scribe" pag. 120 indicant, codicem labore diviso descriptum fuisse. Saec. IX. membr. 4. (D. 272. vid. Pertz Reise, pag. 509, 510.)

268. Alcuini grammatica. — Codex optime scriptus; pergamenum obscurum. Saec. IX. membr. 4. (D. 258. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

269. S. Isidori synonyma; alphabetum poenitentiae; S. Augustinus de fide; Alcuinus de fide et sanctissima trinitate, de virtutibus et alia. — Codex in pergameno candido et polito eadem manu pulchre scriptus. Saec. XI. 4. (D. 383. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

270. Alcuini dialectica; tr. de musica; Runae; vocabularia. — Liber bonus. Saec. IX. membr. 4. (D. 479. vid. Pertz Reise, pag. 462, 511.)

271. Alcuini epistolae c. not. tironianis; in fine versus ad ecclesiam et portas S. Petri, ad eius corpus. — Codex pulchre scriptus in pergameno tenui, sed obscuro, qui iam editus a Canisio rursum edendus Parisios ad Baluzium vectus est. Saec. IX. membr. 8. (S. 415. vid. Pertz Reise, pag. 509.)

272. Alcuinus de virtutibus et vitiis, de ss. trinitate; pag. 214 de anima; pag. 53 epitaphia Alcuino; pag. 246 vota metrica. — Diversae hic manus et membranae. Ab initio desunt VIII numeri. Tria diversa opuscula colligata fuere. Saec. IX. membr. 8. (D. 433. vid. Mabillonii iter Germanicum; Pertz Reise, pag. 510, et Monumenta, pag. 70.)

273. Versus XII sapientum; Sinphosii aenigmata; S. Columbani versus; gygantomachia; Alcuini dialectica. — Codex bene scriptus, scriptura inaequali in pergameno solido, minus albo. Saec. IX. 8. (S. 429. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

274. Categoriae Aristotelis c. comm. Alcuini. — Codex bene scriptus eadem manu. Saec. IX. membr. fol. (S. 184.)

275. Alcuini comm. in Ioannem et homilia in natalem eiusdem Ioannis; epistola Gislae et Rotthrudis ad Alcuinum. — Bene una manu scriptus in membrana solida. Pag. 1 reliquiae apparent Virgilii antiquissimi capitalis. Saec. IX. membr. fol. maj. (S. 49. vid. Pertz Reise, pag. 509.)

276. Alcuinus de ss. trinitate, et rhetorica et dialectica. — Volumina duo in unum colligata. Illud de rhetorica et dialectica Grimaldus abbas monasterio S. Galli saec. IX. de suo dedit, ut legitur in catalogo n. 267, pag. 31. Codex bene scriptus. Saec. IX. membr. 4. (S. 199. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

277. Halitgarius de vitiis, de poenitentia publica libri V; Cyprianus de abusivis saeculi. — Codicis utraque pars ab alio bene scripta; secunda pars, ut videtur, a monacho ex Hibernia orto. Abbas Grimaldus de suo hunc codicem S. Gallo contulit. (vid. catalogum n. 267 pag. 32 sub falso titulo Ebonis) Saec. IX. membr. 4. (S. 418.)

278. Amalarius de divinis officiis libri IV c. praef. incompleta. — Codex bene in impura membrana tribus manibus scriptus. Pag. 514 legitur scriptura secreta Isidoriana. Saec. IX. membr. 4. maj. (S. 227.)

279. Flori excerpta ex S. Augustini tractatu super epistolam S. Pauli ad Romanos. — Codex optime in pergameno pulchro scriptus. Notae Ekkehardi IV. manu adscriptae sunt; iis auctor operis corrigitur ac vituperatur saepius. Compactura secunda. Scriptus est iussu Hartmoti abbatis medio saeculo IX. (vid. catalogum n. 267 pag. 29.) Fol. min. (D. 146.)

280. Eiusdem ex eodem excerpta de epistolis ad Thessalonicenses, ad Timotheum, Titum et Hebraeos; Aviti epistola ad Orosium. — Codex ab eodem, quo antecedens optime patratus, cum notis Ekkehardi IV. pallidis. Iussu Hartmoti abbatis fuit descriptus. (vid. catalogum n. 267, pag. 30.) Saec. IX. membr. fol. (S. 87.)

281. Eiusdem ex eodem excerpta de epistolis ad Corinthios I. et II. — Ab eodem, quo antecedentes duo, eodem modo pulchre scriptus. Rarae Ekkehardi IV. notae. (vid. catalogum n. 267.) Saec. IX. membr. fol. (S. 3.)

282. Rhabani Mauri comm. in Ieremiam prophetam pars II. — Codex bene in solida membrana scriptus. Literae in margine H. M. G. G. org. scribarum citationes sunt. Ekkehardus IV. hinc inde correxit textum. Ligatura prima cum inscriptione: pro mensa scriptus est sub Grimaldo abbate. (vid. catalogum n. 267.) Saec. IX. fol. (D. 28.)

283. Rhabani Mauri comm. in V libros pentateuchi. — Codex charactere minuto ab eodem scriba, primo quaternione excepto, pulchre scriptus in pergameno polito, subtili, sed plerumque minus albo, at aequali et circa finem mixto, absque coloribus et capitalibus. Ante annos XLIV hunc et praecedentem codicem editis contulit illustr. Arx, et lectiones variantes ad S. Emmeranum misit, ubi editae fuere. Saec. IX. 4. (S. 226.)

284. Rhabani compilationis ex sanctis patribus in libros I. et II. regum pars I. Pag. 189 exemptio mancipiorum anno 1130. — Codex in commune patratus et per duos ordines numerorum quaternalium in duo volumina separatus. Compactura prima cum inscriptione: pro mensa. Saec. IX. membr. 4. (S. 271.)

285. Eiusdem operis pars II. in I. et II. lib. regum. — Itidem in commune patratus, in membrana valde diversa. Saec. IX. 4. (S. 228.)

286. Rhabanus Maurus de institutione clericorum; pag. 3 missa de S. Siro et pag. 9 de S. Ambrosio; ordo processionis. — Codex ab eodem scriba correcte et bene scriptus. Inter eos, quos Grimaldus abbas de suo dedit, libellos occurrit. (vid. catalogum n. 267.) Saec. IX. membr. 4. (S. 231.)

287. S. Anselmi, episcopi Cantuariensis, opusculum, „Cur Deus homo?" dictum. — Libellus sat bene scriptus. Saec. XII. membr. 4. (S. 411.)

288. Collectio Ioannis Bürer opusculorum S. Bernardi, Cypriani, Augustini, Hieronymi, Heinrici de Hassia, Hugonis de S. Victore, Ioannis de Tambaco, Ioannis Gersonis, Nicolai de Dinkelspül, Aegidii de Roma, Innocentii III. — Codex bene scriptus per Matthiam. Saec. XV. chart. 4. (S. 363.)

289. Liber Floretus, opus theologicum a S. Bernardo versibus auctum. — Codex pessime scriptus. Saec. XIV. chart. fol. (D. 114.)

290. Collectio variorum tractatuum super materias iuris canonici Bernardi de Rudolfis, Ioannis de Deo, Calderini de Bononia. Saec. XV. chart. fol. (D. 43.)

291. S. Bonaventurae explicatio symboli; Berchorius sup. IV. sententiarum. — Pars I. in membrana, altera in papyro est scripta. Saec. XIII. et XIV. membr. fol. (S. 101.)

292. Vocabularium et glossae in omnes bibliorum libros; item pag. 149 in duas epistolas; item pag. 169 in Symmachi epistolas; medicorum regulae; tr. de cursu lunae. — Praeter morem absque lineis est scriptus et hinc inaequalis. Post pag. 149

multae voces Teutonicae Latinis sunt intermixtae. Plures manus. Ligatura prima. Saec. IX. membr. 12. (S. 482.)

293. P. Galli Kemmli quodlibeticum biblicum; summula Raymundi; casus reservati episcopo. — Collectio haec a Kemmlii manu in papyro exarata est. Saec. XV. 12. (S. 483.)

294. Vocabularium seu glossae in libros biblicos omnes. — Volumen pulchre et correcte in pergameno bene elaborato scriptum. Numerus quaternionum literis minusculis exprimitur. Saec. X. 4. (D. 380.)

295. Vocabularium et glossae in libros biblicos, quoad novum testamentum eiusdem tenoris ac praecedens. — Volumen multo antiquius antecedente in veteri testamento totum differt ab illo. Saepius quoque nomina vocibus Teutonicis explicantur. Saec. IX. membr. 4.

296. Canones concilii Moguntini; S. Hieronymus in Nahum; fragmentum glossae brevis in libros scripturae s.; Isidori synonyma. — Tres libri diversi argumenti et a diversis librariis scripti hic colligati sunt et glossae minutis characteribus exaratae. Compactura prima. Membrana impura. Saec. IX. 4. (S. 412. vid. Pertz Reise, pag. 508.)

297. Galli Kemmli textus sacri ex libris biblicis exarati. Saec. XV. chart. 4. (S. 335.)

298. Comm. in Leviticum et Matthaeum. — Iterum duo distincta opuscula colligata sunt. Primum absque separatione consueta in duas columnas scribi coeptum, postea in eas fuit distinctum. Saec. XII. membr. 4. (D. 221.)

299. Explicantur hic Latine et Scottice, saepe Teutonice, nonnunquam Graece voces aut sententiae ex libro scripturae s., sanctorum patrum, conciliorum, historiae naturalis et ecclesiasticae ex Cassiodoro, Orosio et Eusebio desumptae. — Codex optimus et madefactione laesus et admodum mutilus. Explanator nunc hunc, nunc istum librum exponit; is diversas editiones noverat. Teutonica plurima et Graeca pag. 287. Wikrami pag. 38, Ratoldi pag. 287, Adhelmi pag. 331. nomina occurrunt. Saec. X. membr. 4. (D. 271.)

300. Comm. in psalmos. — Scriptura abbreviationibus plena, caeterum pulchra et ordinata. Saec. XII. membr. fol. (D. 276.)

301. Comm. in psalmos; isagoge iuris canonici; articuli Huss; lamentatio Ioannis XXII. P. — Gentilitium signum von dem Berg pag. 1, quod probat, clericum von dem Berg eius fuisse possessorem, qui et alibi occurrit. Saec. XV. chart. 4. (D. 381.)

302. Dictata professorum Maldonati et Peutewin in magistrum sententiarum a Iodoco Ruostaller, S. Galli coenobita, a. 1565 Parisiis studente excepta. Saec. XVI. chart. 4. (D. 373.)

303. Gersonis cancellarii plura opuscula; Dinkelspül de tentationibus; Nicolaus de Lyra in apocalypsin. — Codex papyraceus, scriptus a Matthia Bürer, capellano in Memmingen. Saec. XV. 4. (D. 345.)

304. Somnia superstitiosa; epistolaris instructio; epistolarum formulae; comm. in cantica cantic.; processus iudiciarius; titulus patrimonii, pag. 3; praesentatio patroni ad Dorenbüren. — Codex papyraceus, cuius una pars a. 1436 scripta est.

305. De epistolis scribendis; formulae earum; comm. in Matthaeum. Saec. XV. chart. 4. (D. 302.)

306. Homiliae in lectiones s. evangelii et de sanctis. — Codex pergamenus, scriptus minuscula inaequali. Saec. XII. membr. 4. (S. 329.)

307. Homiliae in lectiones evangelii, pars II. Saec. XV. chart. 8. (D. 460.)

308. Homiliae in lectiones evangelii, pars I.; litaniae. Saec. XV. chart. 8. (D. 459.)

309. P. Galli Kemlin libellus quodlibeticus de psalmis, de s. cruce, missa, virtutibus; sermones. — Codex papyraceus, partim a P. Gallo scriptus, partim collectus. Saec. XV. 8. (D. 456.)

310. Comm. in apocalypsin. — Scriptura ordinata aequalis in membrana pulchra. Saec. XIII. fol. min. (S. 196.)

311. Geneseos mystica explanatio. — Membrana solida, cornea, diaphana, ut Scottica esse solet. Saec. XI. fol. (S. 153.)

312. Comm. in centum psalmos. — Characteres minuti. Abbreviationes multae; saepe literae initiales pro vocibus integris ponuntur. Saec. XII. membr. fol. min.

313. Walafridi Strabonis comm. in psalmos, pars II. — Codex optimus, pulchre scriptus, sed quo non multum proficies. Compactura prima. Saec. XI. membr. fol. (S. 89.)

314. Comm. in psalmos; sermones S. Bernardi. — Duo diversa opuscula in unum colligata. Saec. XII. membr. fol.

315. Notae in psalmos; XLVI meditationes de passione domini; tres Iacobi sermones; legenda S. Verenae. — Antonius de Gaisberg, pater abbatis Francisci, possessor codicis fuerat. Saec. XIV. et XV. chart. fol.

316. Comm. Conradi Soltonis in psalmos. — Cursiva et multis abbreviationibus scriptus, attamen studiose. Emptus fuit a. 1422 a Nic. Mündli IV florenis p. Henr. Lütenrieter. Saec. XIV. chart. fol. (S. 141.)

317. Compendium expositionum S. Augustini in psalmos usque ad LXXVII. — Codex optimus. Recensetur in catalogo bibliothecae S. Galli saec. IX., sed volumen secundum iam deest. Saec. IX. membr. fol. (S. 93.)

318. Nic. de Lyra comm. in psalmos. — Codex papyraceus cum signo lilii, circa finem saec. XIV. scriptus; pag. 1 benedictio decani, prioris, vel cellarii suum officium adeuntis. Saec XIV. fol. (D. 62.)

319. Comm. in psalmos ex s. patrum locis. — Desunt in principio XXV quaterniones. Membrana candida, codex optime scriptus. Saec. XII. fol. (D. 27.)

320. Expositio moralis libri cantici canticorum; Roberti descriptio expeditionis in Terram Sanctam et de S. Thoma mirabiles fabulae. — Duo opuscula diversa colligata sunt; prius studiose est exaratum ab habili librario. Saec. XIII. membr. fol. (S. 108. vid. Pertz Reise, pag. 505.)

321. Collecticia; breves legendae; sermones sacri; preces piae; Gregorii P. epistola de sanctissimo; Brandani oratio; pisces quo mense optimi. Saec. XIV. et XV. chart. fol. (S. 70.)

322. Haymonis comm. in Iesaiam. — Codex nitide in pergameno albo scriptus. Pag. 104 alia scriptoris manus deprehenditur. In margine diversorum saeculorum notae occurrunt. Saec. XI. fol. (S. 22.)

323. Bernardi de Parentinis expositio missae; comm. in Iesaiam. — Duo opuscula colligata sunt; ea emit Lütenrieter a. 1422 a Nic. Mündli. Saec. XIV. et XV. chart. fol. (S. 131.)

324. Nic. de Lyra postilla in tria evangelia. — In margine frequentes notae Teutonicae hilares. In scheda pag. 200 magistri Ioannis de Adorf fit mentio. Compactura secunda. Saec. XIV. chart. fol. (D. 160.)

325. Nic. de Lyra postilla in IV evangelia eiusd. c. praecedentibus tenoris. — Codex descriptus de exemplari a monasterio Stambs accepto et mutuato. Saec. XV. chart. fol. (D. 127.)

326. Nic. de Lyra postilla in IV evangelia eiusd. c. praecedentibus tenoris; eiusd. tabula seu canon evangeliorum. — Codex membranaceus, cursiva et abbreviaturis foede deformatus. Anno 1453 Ramspergii civis erat. Saec. XIII. fol. (D. 63.)

327. Collecticia de passione domini et sermones sacri. — Codex diversorum scripta continens. Primum exaratum est a. 1449 ab Ulrico Aepli, plebano in Sittrendorf, ad instantiam domini Conradi Hör, parochi in Gossau; alterum absolutum est a. 1443. Est in fine mutilus. Chart. fol. (D. 107.)

328. Collecticia de passione domini, nempe Henrici de Hassia et mag. Iordani et concordantiae textus; articuli 65 de passione domini Iordani. — Codex impensis Conradi Bainly, fratris ex conventu Constantiae, scriptus. Saec. XV. chart. fol. (D. 158.)

329. Super pater noster, symbolum, decalogum, amorem dei et proximi; Iacobi de Voragine sermones de tempore; biblia B. Virginis; sermones. — Codex, scriptus a Ioanne Engler, coadiutore S. Laurentii et beneficiato S. Leonardi in suburbio S. Galli, et a Ioanne Schorant, a. 1399, impensis Ioannis Lener. Post pag. 363 eum praedictus Conradus Bainly describi fecit; chart. fol. (D. 170.)

330. Tractatus in epistolas D. Pauli. — Codex diligenter exaratus. Membrana valde dissimilis, ab initio madefacta. Textus sacer ruber. Puncta tria angularia, ceracea, in margine in hoc et aliis codicibus occurrentia innuunt, requirendum esse. Compactura prima. Saec. IX. fol.

331. Postilla in epistolas D. Pauli. — D. Caspar Wirth, civis Sangallensis, hunc codicem possedit. Saec. XV. chart. fol.

332. Nic. de Lyra postilla in actus apostolorum et in epistolas D. Pauli; additiones mag. Pauli, episc. Burgensis, baptizati Iudaei. — Postillam in actus apostolorum Matthias Bürer scripsit. Saec. XV. chart. fol.

333. Haymo super epistolas et evangelia per annum, pars hiemalis. — Codex membranaceus studiose scriptus, in quo plures paginae deperditae, at saeculis subsequentibus restauratae fuere; multum usitatus fuit. Saec. X. et XII. fol. (S. 12.)

334. Innocentii P. V., Dominicani, Pet. de Tarentasia prius dicti, comm. in epistolas D. Pauli. — Codex membranaceus, studiose et munde scriptus non diu post mortem Innocentii, quae a. 1276 contigit. Saec. XIII. fol. maj. (S. 23.)

335. Hugwici lexicon Latino-Teutonicum, quod et in codice n. 525. exstat; item vocum biblicarum et liturgicarum expositio. — Codex papyraceus, cuius pars prior a. 1446 p. Matthiam Bürer exarata est. Fol. (D. 130.)

336. Exempla biblica; similitudines seu figurae morales; sermones sacri. — Codex papyraceus a coadiutore apud S. Laurentium, Ioanne Keller de Berg, scriptus a. 1443. Possedit is et codicem n. 753. Saec. XV. fol. (D. 105.)

337 a. Cordiale de IV novissimis; de ordine Benedictino; de dei providentia; de perversione ecclesiae Romanae a. 1417; de libris historicis scripturae s. — Codex papyraceus, diversis manibus alibi scriptus, ut ex signis papyri insolitis patet. Saec. XV. fol. (D. 198.)

337 b. Missale iuxta morem antiquum c. multis sequentiis. — Codex membranaceus, optime scriptus in S. Gallo. Membrana pulchra. Ex monasterio S. Ioannis a. 1806 huc reportatus. Saec. XIV. fol. magn.

338. Antiphonarium; sacramentarium; ordo Romanus; liber comitis; gloria et credo Graece; Teutonica culparum confessio; Hartmanni hymnus. — Codex studiose in membrana subtili et candida a quodam Cotteschalco scriptus et duabus picturis decoratus; in principio et in fine mutilus. Illo usus est Gerbertus. Saec. X. 4.

339. Antiphonarium missae; sacramentarium; reliquiae altarium; calendarium et adnotatio servitiorum; missae votivae; preces; benedictiones. — Codex studiose scriptus. Color auri in literis canonis omnino pallidus. Dies festi S. Galli, S. Othmari, S. Wiboradae adsunt. Eo Gerbertus usus est. Saec. X. 4. (S. 232.)

340. Antiphonarium missae; sacramentarium; calendarium; preces in missa; missae votivae plurimae, fere eiusd. tenoris ac praecedentes. Codex pulcherrime scriptus c. deauratis literis et pict. Pag. 38 gloria Graece et Latine script. Membrana subtilis et candida. Morabatur et hic in S. Blasio. Saec. X. 4. (S. 238.)

341. Calendarium simplex; directorium missae; sacramentarium c. picturis IV; benedictio baptismi ut in praecedentibus, sic et orationes et praefationes de S. Gallo, de S Othmaro, S. Wiborada; missae de S. Fide et Elisabetha posterius adscriptae; multae missae votivae. — Codex, cui candida membrana, scriptura et splendescente auro vix ullus par est. Pag. 36 scriptura. capitalis et uncialis pulcherr. Saec. X. 4. (D. 183.)

342. Calendarium et in eius fine necrologium serius adscriptum; antiphonarium missae; sacramentarium S. Gregorii; multae missae votivae; reliquiae in altaribus. — Codex egregie et artificiose scriptus. Literae initiales plerumque pulcherrime pictae et delineatae. Aurum minus splendet. Multis in locis additiones recentiores. Saec. X. membr. 4. (S. 294.)

343. Sequentiae ad missam; antiphonarium missae; lectionarium missae. — A pagina 121—247 manu recentiore omnia scripta sunt. Codex spissus, munde scriptus, additionibus exceptis. Pag. 122 est rescripta. Pag. 232 sub icone crucifixi imagines sunt duorum monachorum rude depictae. Canon ut hodie. Saec. X. membr. fol. min. (S. 149.)

344. Sequentiae ad missam; calendarium simplex; sacramentarium, ubi canon ut hodiernus; ordo baptismi. — Characteres codicis Scotticam scripturam olent, haud dubie a Scoto exarati. Saec. XII. fol. min. (S. 160.)

345. Plenarium missae, id est collectae, epistolae, evangelia, sequentiae graduales. — Scriptura Gothica. Codex absque sumptu scriptus. Saec. XIV. membr. 8. (S. 395.)

346. Plenarium missae; canon hodiernus. — Codex Gothicis literis et depictis initialibus nitide scriptus, sed non in S. Gallo. Saec. XIV. membr. 8. (S. 386.)

347. Sermones sanctorum patrum pro lectionibus in matutinis; capitula horarum; baptismus; collectae; benedictiones; unctio infirmi; psalterium. Saec. X. et XI. membr. 4. (S. 403.)

348. Sacramentarium Gelasii P. — Codex insignis pictis artificiose initialibus et auratis uncialibus rubricis. Fuerat devectus in S. Blasium. Saec. IX. membr. 4. (S. 290.)

349. Fragmentum sacramentarii; decretales Innocentii P.; instructio ecclesiastici ordinis et missae Romanae et monasterii ordinis. — Initio saeculi IX. character respondet. Membrana impura. Fol. min. (S. 258.)

350. Sacramentarii insignis fragmentum, hebdomades ante et post pascha ac missas votivas et benedictiones continens. — Codex egregie scriptus depictis artificiose initialibus in modum codicis num. 348. Saec. IX. 4. (S. 302.)

351. Missale Diethelmi Blarer; expositio ceremoniarum. — Compilavit et scripsit Fridolinus Sicher de Episcopicella, organoedus S. Galli et capellanus S. Iacobi. Preces missae aliquae ab hodiernis deviant. Saec. XVI. chart. 4. (S. 446.)

352. Missale plenarium confuso festorum ordine. — Hunc librum a. 1590 possidebat Georgius Reding, praefectus Doggii. Saec. XV. chart. 12. (S. 497.)

353. Antiphonarium missae et sequentiae. — Libellus in S. Gallo scriptus, rubris rubricis. Saec. XIV. membr. 8. (S. 456.)

354. Orationes ante, in et post missam; benedictiones per circulum anni. — Codex bene et munde scriptus, rubris rubricis. Benedictiones tum festive cum his orationibus populo impertiebantur. Saec. XI. membr. 4. min.

355. Missale plenarium cum sequentiis multis; pictae decorationes tres. — Volumen sub abbate Francisco a coenobita Conrado Haller, Wilensi, scriptum nitide et studiose pro capella S. Ioannis Bapt. in S. Gallo. Saec. XVI. membr. fol. (S. 25.)

356. Missale plenarium; festivale c. sequentiis pictis floribus et imagine crucifixi in plano deaurato. — Volumen sub abbate Ulrico VIII. scriptum. Saec. XV. membr. fol. (S. 30.)

357. Missale plenarium c. sequentiis et multis ac curiosis picturis in marginibus. — Liber sub abbate Diethelmo scriptus magnifice in usum praelatorum, tempore, quo iam impressi missales libri comparari poterant. Saec. XVI. membr. fol. (S. 15.)

358. Missale plenarium c. sequentiis. Saec. XVI. chart. fol. (S. 27.)

359. Antiphonarium B. Gregorii M., illud ipsum, quod Cantor Romanus Roma huc attulit. — Codex pretiosus, tam ob antiquissimas imagines eburneas in operculo, tum ob textum, notas et eius historiam. Saec. IX. membr. fol.

360. Hymni et litaniae, olim in S. Gallo in processionibus decantatae. — Codex S. Gallo pretiosus, cum ea, quae exhibet, domestica sint et a domesticis elaborata. Saec. XII. membr. fol. (M. 35.)

361. Antiphonarium missae; calendarium et necrologium; notae marginales asceticae; index reliquiarum in tribus altaribus. Saec. XII. membr. fol. (S. 132.)

362. Missae quaedam in notis musicis, a. 1550 script. Chart. fol.

363. Evangelien- und Epistelbuch. — Codex papyraceus, script. a. 1483 per Elisabetham Muntpratin, sororem in monasterio S. Catharinae in S. Gallo, in cuius proprietatem transierat. Fol.

364. Evangelien- und Epistelbuch. — Codex papyraceus, quondam fratrum Conversorum, a. 1494 scriptus. Fol.

365. Lectionarium missae, evangelia et epistolas comprehendens. — Codex diversis manibus ab initio saec. IX. vel in fine VIII. scriptus in membrana immunda absque splendore in liturgicis usitato. Fol. (D. 197.)

366. Epistel- und Evangelienbuch. — Quondam sororum in closa Altstettensi. Saec. XV. chart. fol.

367. Liber evangeliorum c. indice reliquiarum trium altarium. — Codex splendide et nota manu minore robusta scriptus, initialibus deaur. et arabescis plurimum decoratus, membrana pulchra et solida. Literae unciales et capitales in singulis paginis deauratae. Saec. IX. membr. fol. (D. 29.)

368. Liber evangeliorum c. picturis festorum. — Codex praeter picturas nullius momenti oblatus fuit abbati Gallo II. a barone Fideli de Turre. Saec. XV. membr. fol.

369. Canon missae pontificalis c. insignibus picturis. — Codex in bello tricennali Suevico cuidam cathedrali oblatus et Constantiae venditus. Saec. XVI. chart. fol.

370. Liber anniversariorum ecclesiae in Goldach. — Hunc librum Henricus de Sulzberg, parochus in Goldach, a. 1418 per Sifridum Briistli, parochum in Hagenweil, XVIII solden conscribi fecit. Saec. XV. fol.

371. Lectionarium missae epistolas solas comprehendens, c. picturis IV. — Initiales diversi generis sunt. Codex madefactus et mutilus. Ligatura prima. Saec. XI. membr. 4. (S. 226.)

372. Lectionarium missae epistolas continens et evangelia. — Nihil liturgici splendoris habet iste codex. Ligatura prima. Saec. XI. membr. 4. (S. 126.)

Quatuor auctuaria enumerant codices mss., qui olim erant Dr. Rawlinsonis (1156 vol.); Tanneri, archiepiscopi (465 vol.); Brown Willisii (107 vol.) et Smithii, quique omnes transierunt in hanc praeclaram bibliothecam; his accessere insignes bibliothecae, earumve codices manuscripti, v. g. 3000 codices mss., ex bibliotheca viri ven. Canonici, abbatis Venetiani, (vid. Blumii Iter Italicum, Tom. I. pag. 205. 206. 211. 220. 234); bibliotheca Hebraica Oppenheimii, civis Hamburgensis et pars bibliothecae Pinellianae. Inter codd. Canonicianos Virgilii admiratus sum antiquissimum exemplar, saec. IX., charactere Longobard. scriptum; duo evangelia Graeca, literis capitalibus et mixtim uncialibus, saec. X. et XI. in membr. exarata, et alia Graeca. Libr. impr. 180,000 vol. Codd. mss. 17,000 (?). — Viris clar. Bliss et Cox, bibliothecae praefectis, gratias ago, quae iis pro eximia humanitate maximae a me debentur.

Brasen-Nose-College or King's Hall. Wade, pag. 31 sq. Bernard, tom. I. p. 2. pag. 46 sq. qui hos codices omittit: a) Terentium, saec. XI. membr. 8. (olim Bembo, Card.); b) Regum Angliae genealogiam ab Adamo; c) Codd. Arabice scriptum. Ibi sunt Christ. Wasse, linguae Graecae peritissimi, adversaria autographa.

Christ-Church-College. Wade, pag. 181—183. 30,000 vol. Exiguus est numerus librorum mss.; index eorum a. 1826 nondum conscriptus erat.

Corpus Christi-College. Bernard, l. c. pag. 48—58. Repertorium Bibliographicum. Wade, pag. 177 sq. 15,000 vol.

Exeter-College. Bernard, l. c. pag. 25 sq. Wade, pag. 19—22. Gentleman's Mag., Oct. 1816. part. II. pag. 212 sq. Instructa est bibliotheca editionibus principibus et editionibus, quae prodierunt cura Aldi Manutii, Caxtonis et Wynkynii de Worde. Accuratius inspexi opusculum: „Here foloyth the confirmation of the Charter | pertenynge to the tynners Wythin the | coūtey of Devonshyre wyth there statutes also ma | de at crockeryntorre by the hole assēt and cōsent of | all the sayd tynners yn the yere of the reygne of our | souerayne Lord Kinge Henry II (VIII) the secūd yere. (26 fol. in 4.) His verbis explicit: „Here endyth the statutes of the stannery | Imprented yn Tavystoke ẏ XX day of August | the yere of the reygne off our souerayne Lord | of Kynge Henry II (VIII) the XXVII yere. Hoc est unicum, quod exstat, huius opusculi exemplar. A. 1708 multi libri incendio perierunt. 8000—9000 vol.

Hertford-College. Wade, pag. 103 sq. — Codices deperditi sunt. Hodie cum Aula S. Magdalenae hoc aedificium coniunctum est.

Jesus-College. Bernard, l. c. pag. 67—70. Wade, pag. 10. 5000 vol., inter ea: The welsh poems (Bernard, l. c. pag. 68. 2071.

52.) saec. XII. in membr. et Tacitus (l. c. 2090. 71.) saec. XV. membr. 4.

S. John's-College. Bernard, l. c. pag. 59—63. Repertorium Bibliographicum. Wade, pag. 59 sq. 10,000 vol.

Lincoln-College. Bernard, l. c. pag. 39—43. Wade, pag. 5 sq. Ibi reperitur pars librorum mss. Geo. Wheleri (vid. Bernard, tom. II. p. 1. pag. 357—360.) 5000 vol., et inter ea duo evangelia Graeca saec. X. et XI. eleganter scripta.

Magdalen-College. Bernard, l. c. pag. 71—78. Wade, pag. 96. 10,000 vol.

Magdalen-Hall. Catalogus librorum in bibliotheca Aulae Magdalenae. Oxonii 1661. 12. Bernard, l. c. pag. 84. Wade, pag. 209. 2000 vol.

Merton-College. Bernard, l. c. pag. 12—24. Wade, pag. 159 sq. 9000 vol.

New College. Bernard, l. c. pag. 31—38. Wade, pag. 140. 15,000 vol., quorum 1400, editiones saec. XV. — Editionis Aristotelis, quam Aldus Manutius, Venetiis 1495. 4. instituit, tom. I. in membranis inter rarissimos libros habetur.

Oriel-College. Bernard, l. c. pag. 27 sq. Wade, pag. 113 sq. 15,000 vol.

Queen's-College. Bernard, l. c. pag. 29 sq. et 79—83. Wade, pag. 123 sq. 18,000 vol.

Radcliffe-Library. Wade, pag. 248—252. Repertorium Bibliographicum. Küttner, l. c. pag. 40—44.

Trinity-College. Bernard, l. c. pag. 64—66. Wade, pag. 75. 7000 vol.

University-College. Bernard, l. c. pag. 1—5. Wade, pag. 116. 2000 vol.

Wadham-College. Bernard, l. c. pag. 85. Wade, pag. 84. 10,000 vol.

Worcester-College. Wade, pag. 50. 8000 vol.

PETERBOROUGH.

In bibliotheca Ecclesiae Cathedralis non reperiuntur codd. mss. nisi chronica in membranis.

SALISBURY.

Bernard, tom. II. p. 1. pag. 23—26. Codices in locum humidum abiecti erant, et plurimi eorum perierunt; eos, qui superstites sunt, ill. Philipps ab interitu servavit.

SHREWSBURY.

Bernard, tom. II. p. 1. pag. 104. Dr. Buttler insignem bibliothecam, optimis scriptorum veterum editionibus instructam, possidet; etiam codd. mss. Orientales et fabulas, quas cel. Shakspeare sua manu scripsit.

STIRLING.

A catalogue of books in the Stirling-Public Library. Glasgow 1805. 8. c. suppl. 1819-1825.

WARWICK.

Bernard, tom. II. p. 1. pag. 203—206.

WELLS.

Bernard, tom. II. p. 1. pag. 104.

WINCHESTER.

Bernard, tom. II. p. 1. pag. 30 sq.

WINDSOR.

Library in the Lower Yard near S. George's Chapel. — Guide of Windsor, pag. 60.

WORCESTER.

Bernard, tom. II. p. 1. pag. 16—22. 4000 vol.

WOOLWICH.

A catalogue of the Royal Artillery-Library at Woolwich, opened Nov. 1. 1806. London 1817. 8.

YARMOUTH.

Bibliotheca eccl. S. Nicolai. (vid. Swinden's history and antiquities of Yarmouth. Norwich 1772. 8.

YORK.

Drake's antiquity of York (preface). Bailly, pag. 31. Bernard, tom. II. p. 1. pag. 3 sq. Dibdin's bibliographical decameron. De codd. Natham Johnson, qui ibi sunt, vid. Bernard, l. c. pag. 99—102. 7,500 vol.

II. Private Libraries.

Jos. Ames. Catalogue of the books and mss. of Mr. Joseph Ames. 1760. 8. Typographical Antiquities begun by Ames and continued by Herbert, enlarged and illustrated with appropriate engravings by the Rev. Thom. Frogn. Dibdin with their portraits and an index to each volume. London 1810—1816. 4. (Vol. I.—IV.)

Belfast. Bibliothecam Academiae non inspexi.

Belvoir-Castle (Leicestershire). Library of the Duke of Rutland. Repertorium Bibliographicum.

Blenheim. Catalogue of early printed books in the library of George Spencer, duke of Malborough at Blenheim by Jac. Bryant. fol. (s. l. et a.) 25,000 vol. Repertorium Bibliographicum. Wade, pag. 345.

Burleigh-House (Lincolnshire). Two libraries of the Marquis of Exeter.

Cannonbury (near London). Dr. Ad. Clarke codices Orientales possidet.

Chatsworth (Derbyshire). *Library of the Duke of Devonshire.* (1827.) Libr. impr. 20,000 vol. Codd. nulli. Museum propter statuas, quibus ornatum est, cum antiquas, tum eas, quae Canovae et Thorwaldsonis, virorum praeclarorum, manibus summo artificio factae sunt, ab omnibus celebratur.

Clapham (Surrey). *Library of George Hibbert.* Repertorium Bibliographicum.

Clifford. Constable Clifford's library near Hull.

Thom. Crofts. A catalogue of the library of the rev. Thomas Crofts, A. M., Chancellor of the diocese of Peterborough. 8.

Ellis Cunliffe. Mss. catalogue of the library of Sir Ellis Cunliffe. 1762.

Denford (Northamptonshire). *Library of Mich. Wadhull.* Repertorium Bibliographicum.

Douglas and Clydesdale, Marq., *Library.* Repertorium Bibliographicum. Continet codd. Graecos et Latinos pervetustos.

Eatonhall. *Library of the Lord Grosvenor.* (1827.) Exiguus est numerus librorum. Inter codices mss. sunt biblia metrificata in membr. et volumina chartacea, quae historiam Angliae illustrant.

Eden. Catalogue of the library of Sir Frederic Morton Eden, Baron. 1806. 8. (s. l.)

East-Acton (Middlesex). *Library of John North*, Esq.

Fonthill (Wiltshire). *Library of M. Beckford.*

Hamilton (Scotland). *Library of the Duke of Hamilton* at Hamilton palace.

Hardwicke. A catalogue of the mss. in the possession of the Earl of Hardwicke. 1794. 4. (in New Cavendish-Street at London)

Hippisley. Newtimes, 27. Oct. 1827.

Holkham (near Wells). *M. Coke's Library at Holkham.* Hanc insignem bibliothecam, cum praenob. eius dominus abesset, accuratius inspicere non licuit, quod vehementer doleo; est enim referta codicibus antiquis omnis generis; translati etiam sunt in hanc bibliothecam libri, qui Venetiis in bibliotheca Giustiniani asservabantur. Catalogus proxime proditurus est cura celeberr. Roscoe.

Inverary-Castle. *Library of the Duke of Argyll.*

Kensington. *Library of the Duke of Sussex.* Pettigrew, Dr. Th. J., Bibliotheca Sussexiana. A descriptive catalogue, accomp. by historical and bibliographical notices of the manuscripts and printed books, contained in the library of his R. H. the Duke of Sussex. London 1827. 4. Vol. I. p. I. and II.

London. 1) *Library of the Duke of Devonshire* (Devonshire-house). Repertorium Bibliographicum. 2) *Library of Thom. Grenville* (Cleveland sq. S. James). Repertorium Bibliographicum. 3) *Library of Rich. Heber*, Esq. (Pimlico). Repertorium Bibliographicum. Continet haec bibliotheca insignem copiam editionum rariorum et codicum mss., quos omnes fere Heberus in Belgio emit. 4) *Marquis of Stafford's Library* (Cleveland sq. S. James). Repertorium Bibliographicum. 5) *Library of Rog. Wilbraham*, Esq. (Stratton str.) Repertorium Bibliographicum. 6) *Longmann and Co.* Bibliotheca Anglo-Poëtica or a descriptive catalogue of a rare collection of early English poetry in the collection of Longmann and Co. with extracts and remarks by A. F. Griffiths. 1815. 8.

Longleat (Wiltshire). *Marq. of Bath's Library.* Repertorium Bibliographicum.

Luton-Hoo (Bedfordshire). *Marq. of Bute's Library.* Repertorium Bibliographicum.

Mostyn-Hall (Flintshire). *Library of Sir T. Mostyn.* Nobill. Mostyn magnum numerum librorum mss. collegit.

Newcastle. *Library of the Duke of Newcastle* with mss.

Osterley-Park (Middlesex). *Library of the Earl of Jersey.* Catalogus librorum in bibliotheca Osterliensi. 1761. 4. Repertorium Bibliographicum.

Porkington (Shropshire). *Library of Major Gore* of Porkington with mss.

Plass Newydd (near Llangollen Denbighshire). An elegant mansion with an excellent library and numerous drawings. (Leigh's Roadbook of England etc. London 1826. 8. pag. 213.)

Routh, Dr. (Magdelen-College at Oxford). Servat vir ornatt. nonnullos codices theologicos, ut dicunt, antiquos.

Simons, Dr., scriptorum veterum editiones optimas et raras possidet.

Smyth, John. Catalogue of the manuscripts, printed books of the history and antiquities, medals, coins etc., relating to the county of York in the collection of the right-hon. John Smyth. Pontefract. 1809. 4.

Sommers, Lord, emit codd. mss. Henrici Langley. — Bernard, tom. II. p. 1. pag. 216. Gentlem. Mag.

Spencer. Bibliotheca Spenceriana or a descriptive catalogue of the books printed in the XV. century and of many valuable first editions in the library of George John, Earl Spencer, by the Rev. Thom. Frogn. Dibdin etc. London 1814 et 1815. 4. (4 vol.) Eiusd. Aedes Althorpianae or an account of the mansion, books and pictures at Althorp, the residence of George John, Earl Spencer. K. G. to which is added a supplement to the Bibliotheca Spenceriana with two portraits etc. London 1822. 4. (2 vol.) Repertorium Bibliographicum.

Stourhead (Wiltshire). A catalogue of books relating to the history and topography of England, Wales, Scotland and Ireland, by Sir Richard Colt Hoare, Bar., compiled from his library ad Stourhead in Wiltshire. London 1815. Royal 8. — Repertorium Bibliographicum.

Stowe (near Buckingham). A descriptive catalogue of the manuscripts in the Stowe Library by Charles O'connor D. D. Buckingham 1818. 4. (2 vol.) Libr. impr. 10,000 vol.

Wiltonhouse (Wiltshire) *Earl of Pembroke's Library.* Repertorium Bibliographicum. Gentlem. Mag.

Wimpole. *Library of Philippe Yorke, Earl of Hardwicke.* — Guide through Cambridge, pag. 116.

Praeterea hi viri ornatt., quorum tamen domicilia mihi non innotuerunt, bibliothecas codd. mss. refertas possident: Dawson Turner; Hudson Gurney, M. P.; Anderdon; Rev. Newling; George Warrendon; George Nayler; Harrison.

H I S P A N I A.

(1822.)

MONITUM.

Hispaniam librorum manuscriptorum copia non abundare, iis mirum videri nequit, qui terrae infelicissimae fata in memoriam revocant. Eo tempore, quo bellum inter Hispanos et Mauros saeviit, in monasteriis, quae sola fere erant literarum domicilia, scribendi studium intermissum est; bella etiam civilia Hispaniam vastarunt, iisque omnes paene libri, quorum numerus exiguus erat, interierunt. Ab Hispanis ipsis Maurorum bibliothecae eversae sunt, et celeberrimus multisque laudibus elatus Eximenez, cardinalis, libros manuscriptos Arabicos comburi iussit. Non ita multo post America detecta, omnium animus in remotas terras atque in varia quaestus genera conversus est, quo facto literarum monumenta parum curata, imo pessime neglecta sunt et typographia paulo ante inventa calamo scribendi laborem plerique abiecerunt. Inde accidit, ut et exiguus sit librorum in Hispania scriptorum numerus et plurimi eorum aetate non excellant. Quae fuerit Philippi II. tempore librorum manuscriptorum penuria, in Ambrosii de Morales itinere legimus *). Philippus, ut huic penuriae succurreret, Scorialensem bibliothecam condi et maximum librorum numerum in alienis terris coëmi iussit. Eodem modo viri, qui Toleti, Valentiae et in Monte Edulio librorum collectiones instituerunt, plurimos ex exteris terris apportare coacti sunt. Antonii Augustini etiam bibliotheca maximam partem e libris non in Hispania, sed in aliis terris scriptis constitit. Quod si omnes ita collectos et coëmtos libros Hispania retinuisset, non abundaret quidem, tamen non egeret libris mss.; sed novis malis bibliothecae succubuerunt. Nam cum bello de imperii successione certaretur, Catalauniae et Valentiae bibliothecae direptae et spoliatae sunt, maxime vero bellum a Napoleone contra Hispanos gestum bibliothecis perniciosum fuit, quarum plurimae funditus eversae atque combustae, aliae direptae atque ornamentis spoliatae sunt. (Vid. infra bibliothecam Scorialensem, Salmantinam, Vallisoletanam, Hispalensem, Valentinam atque Addenda.)

Si quis haec omnia secum reputaverit, non nostram esse culpam iudicabit, si spem, quam de Hispanorum codicum numero et pretio conceperat, catalogi nostri tenuitate frustramur. Praeterea Iriarte et Casiri in catalogis impressis, quos hic describere nolui, codices Graecos Matritenses et Arabicos Scorialenses recensent. Non sine quodam animi dolore commemorare possum, bibliothecas ab Hispanis ipsis ita nunc negligi, ut, cum iter per Hispaniam facerem, solus semper fere in bibliothecis essem. Per integros dies, quos in bibliothecis Hispalensibus et Toletanis consumsi, praeter me unum nemo venit, qui librum inspi-

*) *Viage de Ambrosio de Morales por orden del Rey D. Phelipe II. à los reynos de Leon y Galicia y principado de Asturias para reconocer las reliquias de Santos, Sepulcros Reales y Libros manuscritos de las Cathedrales y Monasterios. Dale à luz con notas, con la vida del autor y con su retrato, Fr. Henrique Florez etc. En Madrid: por Antonio Marin. Año de* 1765.

Valladolid. 1. San Benito; 2 codd. mss. en la sacristia; 16 codd. mss. en la libreria baja, entre ellos hay cinco libros de textos de derechos, en pergamino, harto antiguos, y en la libreria alta 5 codd. mss. 2. San Francisco; 10 codd. mss. 3. San Pablo; algunos textos de canones y un Pedro Damiano. *Palencia.* Iglesia Mayor es poca cosa, sin tener libro notable. *Husillos.* Iglesia Colegial de Abad; un sumario del Fuero Iuzgo en Latin, escr. 1216. *Carrion.* S. Zoyl; 5 codd., mss., entre ellos un antiguo libro de concilios. *Sahagun.* Monasterio Real de Benitos; 8 codd. mss., entre ellos un libro antiguo de concilios. *Sandoval.* Convento de la orden de Cister; 5 codd. mss. *Leon.* 1. S. Isidoro; 18 codd. mss. y algunos otros, que faltan. 2. Libros de la Iglesia Mayor; La libreria está à tanto recaudo, que estan antes de ella dos piezas de pertrechos, y no se atrevieron à desembarazarla en tres dias (!), por esto no la pude ver. *Oviedo.* Iglesia de Oviedo; 44 codd. mss., entre ellos concilios antiguos y Eusebio hist. ecclesiastica. Anno DCCCCXC. 45 codd. mss. exstiterunt in hac bibliotheca, inter eos biblia, Liber Orosii, Liber canonum. Liber Iubenci presbyteri. Liber Sedulii presbyteri. Liber Catonis. Vita Virgilii. Ovidii Nasonis in libris. Liber Aeneidarum et quaedam sententiae philosophorum. Virgilii poëtae, corpore uno. Liber Iuvenalis, corpore uno. Liber Collationum artis grammaticae. 2. San Vincente; original de la fundacion del monasterio en DCCLXXXI. 3. Descargos; biblia mss. *Lugo.* Iglesia Mayor; un libro de concilios. *Mondoñedo;* un cod. ms. *Santiago;* 2 codd. mss. *Celanova;* 4 codd. mss. *S. Julian de Samos;* algunos privilegios antiguos. *Carracedo.* Monasterio de Cister; algunos privilegios antiguos y 3 codd. mss., *S. Pedro de Montes;* algunos privilegios antiguos y 7 codd. mss., entre ellos concilios antiguisimos. *Astorga.* Iglesia Mayor; en la libreria tienen grande y muchos libros de Derechos de mano en estos, praeterea enumerantur 10 codd. mss. *Zamora.* Monasterio de S. Francisco; tienen en la libreria todas las obras originales del Dr. Fr. Juan Gil de Zamora. *El Espina.* Monasterio de la orden de Cister; 15 codd. mss. *Matallana;* un libro ms. *La Mejoradan.* Orden de S. Geronymo; 10 codd. mss.

cere vellet. Quid vero nostrates dicent audientes, nonnullas literarum in Hispania universitates, e. g. Granatensem, bibliotheca publica carere? Utinam ii, quibus in Hispania rei publicae cura tradita est, intelligerent, civitatum fundamentum, quo firmius nullum poterit inveniri, in animis civium, literis ad omnem humanitatem recte institutorum, positum esse. Omnes, qui Hispanos accuratius cognoverunt, vota faciunt, ut populus, qui mentis animique dotibus excellit, atque ingenium acerrimum cum singulari quadam pertinacia miro modo ita coniungit, ut medius quasi positus inter frigidissimarum atque calidissimarum plagarum populos utrorumque virtutibus praeditus sit, e vinculis, quae monachi et vecordes quidam viri sed summo loco constituti ei imposuerunt, tandem aliquando liberetur.

BARCELONA.

Alex. de Laborde, itinéraire de l'Espagne etc., Paris 1808. 8. Tom. I. pag. 32., tom. V. pag. 164. — Christ. Aug. Fischer, Wegweiser durch Spanien. Leipzig 1809. 8. pag. 91. (Fischerus Labordum exscripsit, quod semel moneo.)

I. Biblioteca de S. Domingo. (vulgarmente llamada Santa Catalina)

20,000 vol. Codd. mss. non vidi, patres enim, qui a. 1822 bibliothecae praeerant, Gallos codd. mss. abstulisse dixerunt, qua de re valde dubito. Pat. hh. IX.—XII. ante mer. et hh. III.—VI. pomer.

II. Biblioteca de Los Carmelitos Descalzos. (vulgarmente Los Insepets)

Libr. impr. 1500 vol. Codd. mss. 125, quorum pauci tantum digni sunt, qui indicentur:

Isidori Hispal. etymologiarum lib. XII; saec. XIII. membr. fol.

Ciceronis de officiis lib. III; eiusd. paradoxa; eiusd. somnium Scipionis; saec. XIV. membr. 4.

Ciceronis de claris oratoribus lib.; saec. XIII. et XIV. membr. 4. (2 exempl.)

Sozomeni, presbyteri Pistoriensis Florentiae educati, chronicon; saec. XV. membr. 4.

Biblia c. pict. nitid.; saec. XIII. membr. fol.

Evangelia IV; membr. 8.

Nonnulli codices c. tractatibus de historia Catalaunica et Barcinonensi.

Viginti codices, in quibus insunt opera S. Augustini, S. Hieronymi, Origenis, aliorumque sanctorum patrum.

Ceteri codices vel liturgici sunt, vel regulas ordinum ecclesiasticorum exponunt.

III. Biblioteca Episcopal.

Libr. impr. 15,000 vol. et nonnulli codd. Catalaunice scripti. Bonis libris bibliotheca caret. Pat. hh. IX.—XII. antemer. et hh. III.—VI. pomer.

IV. Biblioteca en el Convento de S. Francisco, llamada Biblioteca Mariana.

Libr. impr. 8000—10,000 vol., quorum 5000 dono dedit Petrus Dias de Valdes, episc. Barcinonensis. Bibliotheca optime disposita est. Pat. hh. VIII.—XI. antemer. et hh. II.—V. pomer.

V. Biblioteca de la Escuela de Los Ciruianos.

Codd. mss. et libros post a. 1770 editos non possidet.

VI. Archium Regni Aragoniae

servatur in aedificio, quod Tenienza vulgo vocant. Continet antiquissimas membranas et acta authent. iudicii, quo equites Templarii Viennae condemnati sunt.

---

* S. LORENZO del ESCORIAL.

Ioan. Bapt. Cardonae de regia S. Laurentii bibliotheca libellus, sive consilium cogendi omnis generis utiles libros et per idoneos ministros fructuose callideque custodiendae (sic). Tarraconae 1587. 4. — Edit. secunda in Fr. Cerdani et Rici claror. Hispanorum opusc. select. et rarior. Vol. I. Matriti 1781. 4. p. 499. (Hanc editionem nondum vidi.)

M. de la Vera, catalogus librorum impressorum regiae bibliothecae D. Laurentii. 1625. fol. (inter codd. mss. Regiae bibliothecae Dresdensis, ut ab ill. Eberto compertum habeo.

Cl. Clementis regiae bibliothecae S. Laurentii Escurialensis descriptio — in eius tr. de musei s. bibliothecae extructione. Lugd. 1635. 4. p. 515—536. (Librum non vidi.)

Balths. Corderii de bibliotheca regia S. Laurentii Scorialensi epistolae II, in Cyrilli Alexandr. homiliis in Ieremiam. Antv. 1648. 8. pag. III.—XX. et in Maderi de bibliothecis atque archivis virorum clar. libellis etc. Helmestadi 1702. 4. p. 114—123.

Alex. Barvoetii catalogus praecipuorum auctorum ineditorum Graece mss., qui in bibliotheca Scorialensi asservantur, in Cyrilli Alexandr. homiliis in Ierem. Antv. 1648. 8. pag. XXI.—XXXVIII. et in Madero, l. c. pag. 124—144.

Theoph. Spizelii sacra bibliothecarum illust. arcana retecta. August. Vindel. 1668. 8. pag. 120—134.

P. Franc. de los Santos, descripcion del real monasterio de S. Lorenzo del Escurial. Matriti 1657. ed. II., 1681.

Ioan. Henr. Hottingerus in promptuarii sive bibliothecae Orientalis appendice vulgavit catalogum codd. Arabb.

a Licentiato Castillo d. XVI. Aug. a. 1683 confectum, qui 261, haud amplius, codices complectitur.

Bernard. de Montfaucon, bibliotheca bibliothecarum. Parisiis 1739. Tom. I. pag. 616—625.

Mch. Casiri, bibliotheca Arabico-Hispana Escurialensis sive librorum omnium mss., quos Arabice compositos bibliotheca coenobii Escurialensis complectitur, recensio et explanatio. Matriti 1760—1770. fol. (2 vol.)

And. Ximenez, descripcion del real monasterio de S. Lorenzo del Escorial. Madr. 1764. f. Parte II. cap. IV. p. 185—210. qui 17,800 vol. libr. imp. recenset et 4,300 libr. mss. (Librum non vidi.)

Pluer, Reise durch Spanien.

Dr. Ant. Friedr. Büsching, Magazin für die neue Historie und Geographie. Hamburg 1770. 4. Tom. IV. pag. 381—394. et tom. V. pag. 107—184.

Ponz, viage, tom. II. pag. 213 sq.

Nic. Antonii bibliotheca Hispana nova. Matriti 1783 et 1788. fol. (2 vol.)

v. Bourgoing, neue Reise durch Spanien. Jena 1789. 8. Tom. I. pag. 115—119.

T. C. Tychsen und Heeren, Bibliothek der alten Literatur und Kunst. Göttingen 1789. 8. Stück V. pag. 45 sq. und St. VI. Abh. 2. pag. 134—144. Göttinger gelehrter Anzeiger, Jahrg. 1789. pag. 1882.

Memorias de Litteratura Portugueza, publicadas pela Academia das Sciencias de Lisboa. Lisboa 1792. 4. Tom. III. pag. 1—92.

Spanien wie es gegenwärtig ist, aus den Bemerkungen eines Deutschen. Gotha 1797. 8. Tom. II. pag. 373—382.

Gemälde des Zustandes der Sitten, Gebräuche und Lebensart der Portugiesen und Spanier. Baireuth 1803. 8. pag. 138 sq.

Damian Bermejo, descripcion artistica del Real Monasterio de S. Lorenzo del Escorial y sus preciosidades despues de la invasion de los Franceses. Madrid 1820. 8. pag. 271—301.

M. J. Quin's Besuch in Spanien in d. J. 1822—1823. Braunschw. 1824. 8. pag. 168—170.

Bailly, l. c. pag. 51—54.

Quaecunque Bailly de bibliotheca Scorialensi dicit, inconcinna et falsa, imo ridicula sunt. Bibliotheca, quae prima in monasterium migravit, Gundisalvi Perez erat, qui vir doctus et Carolo V. atque Philippo II. a secretis, primus Homeri Odysseam in linguam Hispanicam vertit. Eam antea Alphonsus V., qui Neapolin a. 1442 cepit, possederat, a quo Ferdinandus, filius, eam accepit. Deinde haec bibliotheca Neapoli in Hispaniam in manus Perezii, denique Philippo II. regnante in monasterium Scorialense venit. Ei adiuncta est Didaci Hurtado de Mendoza bibliotheca, Graecis codicibus ornata, quos Mendoza, cum Venetiis viveret regis apud rempublicam legatus, summa diligentia maximisque sumptibus undique conquisivit ex Oriente, quibus etiam magnum incrementum attulit navis Graecis codicibus onusta, et Didaco ab imperatore Turcarum dono data ob obsequium praestitum in remittendis captivis: ex iis tamen libris quidam perierunt, quidam subducti sunt et in Italiae bibliothecis latent. Praeterea accesserunt bibliotheca, qua Philippus II. ipse usus est; pars bibliothecae Antonii Augustini; bibliothecae, quas collegerant Petrus Ponce de Leon, episcopus Placentinus; Benedictus Arias Montano; Sirletus, cardinalis; Ambrosius de Morales; Ioannes Paez de Castro; Iulius Clarus; celeb. Zurita; Ioannes de Ribera, archiepiscopus Valentinus, multique codices, quos Chiffletius Vesontinus possederat. Ut consuleret bibliothecae Scorialensis incrementis, Philippus II. Belgii, provinciarum Italicarum, etiam Burgundiae Superioris et Lusitaniae bibliothecas expilari praedaque illam ornari iussit. Ipse multos codices Scorialenses vidi, quibus inscriptum erat: „Liber S. Petri Gandensis." Praeterea reliquae Hispaniae bibliothecae ad hanc condendam contulerunt, e. g. bibliotheca Columbina Hispalensis et aliae, quod inprimis ex Ambrosii de Morales libro compertum habemus, qui, ut libros colligeret, a Philippo II. in septentrionales Hispaniae provincias missus est. Deinde bibliothecae Scorialensi tria millia codicum Arabicorum addita sunt, quos Ludovicus Fajardo, classis praefectus, in duabus Muley Cidan, regis Maroccani, navibus a se captis invenit. Gundisalvus Davila has naves a Petro de Lara captas esse refert. Tanta incrementa bibliotheca Scorialensis cepit, ut maximis illius temporis bibliothecis par esset habenda. Sed a. 1671 incendio, quod per quindecim dies in monasterio Scorialensi saeviit, insignis librorum pars, quae nondum in ipsa bibliotheca collocata erat, interiit. Codicum Arabicorum dimidiam fere partem flammis consumtam esse, Casiri in prooemio catalogi pag. VIII. his verbis narrat: „Unde factum est, ut ex incendio mille octingenti quinque admodum codices Arabici, si nonnullos Syriace, Persice, Turcice conscriptos atque etiam Latine ex Arabico translatos aut excerptos accenseas, sospites evaserint." Philippus IV. quadringentos nummos aureos bibliothecae quotannis solvendos legavit, quibus novi libri emerentur. Ex quo reges e Borbonica stirpe orti regno potiti sunt, bibliotheca non aucta est. A. 1808 constitit e triginta millibus librorum impressorum et quatuor millibus et trecentis codicibus, quorum MDCCCXXV Latini et recentioribus linguis conscripti (lenguas vulgares), DLXVII Graeci, LXVII Hebraici, MDCCCXX Arabici erant et XXI prohibiti. A. 1808 bibliotheca Francogallorum iussu Matritum delata atque in monasterio de la Trinidad collocata est. In hac via multi libri amissi sunt, partem etiam, inprimis codices Graecos atque Arabicos, Francogalli surripuerunt. Postquam Ferdinandus VII. rediit, bibliotheca monasterio Scorialensi reddita est, et Francogalli codices, quos abstulerant, restituere coacti sunt. Sed non exiguus eorum numerus vel interiit, vel ita evanuit, ut, ubi nunc sit, vix dici possit. Cum Londini essem, codex membranaceus Graecus evangeliorum, qui Scorialensis fuerat, venditus est. Quamvis nunc in pristinam sedem reducti sint libri, tamen nullo modo omnes tuti sunt ab iniuriis. Nam conclave, quod codicibus manuscriptis occupatur, proximum a tecto est, ut timendum sit, ne, quod saepe monasterio accidit, fulmine tangantur. Praeter Casirii catalogum impressum, in quo codices Arabici recensentur, tres inveni reliquorum codicum catalogos, quorum primus ineunte saeculo XVIII. scriptus est. Deinde Villegas et Antonius de San José, religiosi, alterum in fol., secundum literarum ordinem additis numeris, composuerunt. Tertium notis instructum Perez Bayer, Villegasii catalogo usus, sex voluminibus conscripsit: is autem Valentiae incendio periit. Duo tantum in Scorialensi biblio-

theca inveni volumina, quae a. 1762 scripta codices Latinos et Hispanos, inde a lit. A. ad lit. K. recensent. In duobus conclavibus bibliotheca posita est, quorum, quod in inferiore contignatione est (biblioteca principal) a Iosepho Flecha et Ioanne de Herrera exstructum, et tabulis a Bartholomaeo Carducho et Peregrino Peregrini in calce pictis imaginibusque Caroli V., Philippi II. et Philippi III. à Ioanne Pantoja de la Cruz et Ioanne Carreño de Miranda mira arte factis ornatum, libros impressos continet: in altero sub tecto collocato (biblioteca alta ó de los manuscritos) codices asservantur. In camera huic conclavi vicina ducenti aut trecenti codices absconduntur, quorum adspectus nemini conceditur. Equidem, si oculis meis fidem habeo, librorum impressorum numerum ad viginti millia volumina, codicum vero, quibus Arabicos atque reconditos in camera ista adnumero, ad tria millia et septingentos adscendere credo. Itaque haec bibliotheca, quamvis magni aestimanda, neque librorum numero neque codicum aetate, quorum pauci tantum saeculum X. superant, regiae bibliothecae Parisiensi vel Italiae, Angliae et Germaniae maioribus bibliothecis par erit habenda. Viri quidam docti, qui integram Tit. Livii historiam in hac bibliotheca recondi dixerunt, videntur somniasse.

Monasterii Prior, cuius nomen e memoria excidit, lubentissime mihi veniam dedit, ut omnes libros inspicerem, atque rev. Piedrallaves, bibliothecae praefectus in requirendis libris auxilium mihi tulit integrosque dies in bibliotheca commorari concessit: quibus viris optimas atque debitas ago gratias.

Omissis codicibus Arabicis, quos Casiri enumerat, e reliquis eos tantum commemoro, qui alicuius esse pretii videntur.

I. *Libros Mss. de la Biblioteca Principal.*

Un libro pintado, en el qual hay variedad de frutas pezes y algunas otras cosas por Jacomo da Ligoza. (Ponz, II. 207.)

Otro libro, en cuya fachada esta escrito: Reynando en Portugal el Rey D. Joaon III. Francisco de Ollanda pasou a Italia e das antiguailas que . . vió, retrató de sua mão todos os desenhos deste libro: Empieza por un retrato de Paulo III., y otro de Miguel Angel; iluminados. Se ven en este libro con eruditas explicaciones dibujados perfectisimante los mejores trozos de las antigüedades de Roma etc. . . . que aun subsisten pero no tan enteras, como quando estos dibujos se hicieron. Tambien hay en el vistas de Venecia y de Nápoles con algunos sepulcros de la via Apia, el anfiteatro de Narbona y muchos dibujos de mosaycos, de estatuas antiguas, y otras cosas. (Ponz, II. 207 sq. y Damian Bermejo, l. c. pag. 292.)

Hay otro de igual asunto que fue de . . . D. Diego Hurtado de Mendoza, Embajador de España en Venecia y Roma, el qual contiene mas de setenta dibujos hechos de pluma, de lapiz y aguadas. (Ponz, II. pag. 208.)

Otro libro de 1,500 dibujos en que estan delineadas por Apolodoro Ateniense con gran inteligencia las historias, que hay de bajo relieve en la columna Trajana y al fin de la columna entera. (Ponz, II. 208 sq. Bermejo, l. c.)

Otro libro de doscientos dibujos, ejecutados con la major diligencia y son de estatuas antiguas, bajos relieves, pedazos de arquitectura, y otros muchos monumentos. Hay en el copias de las pinturas de Raphael de Urbino en el Vaticano . . . . y de obras de Miguel Angel. Está el anfiteatro de Vespasiano con todas sus medidas y explicacion Italiana, los arcos triumphales etc. y son de lapiz, y de aguadas de diferentes colores. (Ponz, II. pag. 210. Damian Bermejo, l. c.)

En otros libros que aqui mismo se conservan están recogidos los dibujos originales de aguada que sirvieron para los bordados de las capas Dalmáticas etc. que dije de la sacristia y en los mas de ellos se reconoce la escuela de Peregrino Tibaldi. (Ponz y Bermejo, l. c.)

Biblia manuscrita del emperador Cantacuceno muy conforme á la de los setenta intérpretes, pero algo maltratada. (vid. Bermejo, pag. 294.)

Seis grandes tomos del censo y demarcacion de España, que mandó hacer el señor don Felipe II. Dícese, que se formaron doce volúmenes y que los otros seis paraban en el archivo de Simancas.

S. Augustinus, de baptismo; membr. 4. Hoc de codice, quem manu S. Augustini scriptum esse dicunt, catalogus ms. haec verba facit: „Continet hic codex septem libros de baptismo parvulorum integros, singulis autem in fine subditur antiqua manu et codice fere coaeva, cursivo tamen charactere, τὸ contuli. Initium vero codicis occupat eiusdem Augustini fragmentum epistolae ad Sanctimonialem (cuius nomen ignoratur) directae, in qua de circumcisione Iudaeorum agitur, eadem prorsus manu ac reliquum codicis scriptum. Tribus autem, quae supererant, vacuis paginis continetur Cerei Paschalis benedictio antiqua, manu recentiore apposita. Character autem benedictionis eius generis est, quem Mabillonius Franco-Gallicum seu Merowingium appellat. Constat hunc codicem olim pertinuisse ad monasterium S. Martini de Spanheim in Palatinatu Rheni, ut non semel in eodem legitur, ibidemque asservatum, donec a Maria Austriaca, Hungariae regina, Philippi II. Hispaniarum regis amita, in Hispaniam nostram advectus fuerit. Manu antiqua leguntur — S. Augustini Episcopi Libri de Baptismo, quos manu fertur scripsisse propria. Transmittebatur ad Coenobium Escurialense iussu Philippi II. a. MDLXV." — Attamen Franc. Perez. Bayer hunc codicem ineunte saec. VIII. exaratum esse opinatur, in quam opinionem eum adducit membranarum et atramenti qualitas, maxime vero literarum forma.

Quatuor evangeliorum codex aureus; membr. 4. (Hunc codicem, qui olim Matthiae Corvini, Hungariae regis erat, Erasmus Rot. contulit; Damianus Bermejo, l. c. pag. 187. sqq., eum his verbis describit:

Entre las preciosidades de este género se guarda aqui con mucha estima un libro encuadernado en tablas con tafilete encarnado adornado de cantoneras de bronce dorado y manezuelas de plata. El alto del volúmen es como de tres cuartas con un ancho proporcionado, y el grueso ó tomo como de cuatro dedos. Compónese de ciento sesenta y ocho hojas en que estan escritos con letras de oro los cuatro Evangelios, los Prefacios y Epístolas de san Gerónimo, y los Cánones de Eusebio Cesariense. La letra es bastante grande, y su forma como la comun en molde; y á pesar de su autigüedad, se ven hoy tan vivas, tan enteras y con tanto lustre como si las acabaran de formar. Mandóle escribir el emperador Conrado, y se acabó en tiempo de su hijo el Emperador Enrique II., segun que se demuestra en las dos primeras hojas. En la primera está sentado Jesucristo sobre un trono de nubes y ángeles en aptitud de dar la bendicion al Emperador Conrado y á su muger la Emperatriz Gisela; los cuales se ven postrados en su presencia. En la segunda está María

Santísima, y delante el Emperador Enrique y la Emperatriz doña Ines, su muger, con corona y manto Real, pues sin duda no se habian coronado entonces por Emperadores de Roma. Con esto sé que hace mas de setecientos ochenta años que se trabajaba en este libro, puesto que Enrique II. entró á reinar por muerte de su padre Conrado el año de 1039, y ya entonces estaba principiado á escribir. En las dos primeras hojas hay unos versos puestos al rededor y en cuatro circulos que se figuran en cada una, los cuales dicen asi: en la hoja del Salvador:

Da Veniam merear
Cuius sum munere Caesar:
Pectore cum mundo Regina
Precamina fundo.
Aeternae pacis
Et propter gaudia lucis,
Ante tui vultum
Mea defleo crimina multum.

En los circulos:

Joannes qui signatur per Aquilam.
Lucas qui signatur per Vitulum.
Marcus qui signatur per Leonem.
Matheus qui signatur per Hominem.

En la hoja en que está nuestra Señora:

Me tibi commendo
Presentia dona ferendo.
Patrem cum Matre
Quin junctam Plis. amore.
Ut sis adiutrix
Et in omni tempore fautrix.
O Regina Poli
Me Regem spernere noli.

En los circulos:

Justitia virtus eximia et alta.
Temperantia inter Agnum et Leonem media.
Prudentia doctrix disciplinae Dei.
Fortitudo contra vitia bellatrix invicta.

Sin las iluminaciones de estas dos primeras hojas hay en las siguientes cuarenta y ocho Sumos Pontífices, desde san Pedro hasta san Leon I., y en los principios de cada Evangelio su respectivo Evangelista con otras cincuenta y tantas historias mas á las entradas de algunos capítulos, labrado todo segun aquella manera, apreciable ahora solo por su antigüedad. Erasmo encarece mucho la solemnidad con que le mostraron este códice aureo, y se mostraba siempre encendiendo velas, y haciendo otras ceremonias santas: dice que lo vió la primera vez en poder de la Princesa Margarita, hija de Maximiliano y muger del Príncipe don Juan. Despues le tenia la Reina doña María, hermana del Emperador Cárlos V., de quien lo hubo el señor don Felipe II., que le dió á esta casa.

Apocalipsis de San Juan. (Damian. Bermejo, l. c. pag. 291. de hoc insigni codice haec habet: Es tambien dádiva suya otro libro que está tenido por de mas de cuatrocientos años de antigüedad, y contiene el Apocalipsis de san Juan, escrito de mano con una glosa breve y muy apreciable, aunque no está concluida. Las planas tienen orlas ó cenefas de sumo gusto y prolijidad; y en las entradas de los capítulos se representa con iluminaciones lo principal de sus contenidos.)

Unos devocionarios, que eran del emperador Carlos V. las quales tienen varias iluminaciones de un mérito singular.

Un misal muy precioso; saec. XV. membr. 4.

II. *Biblioteca Alta.*

Codices Graeci.

A.

Plut.	Arm.	No.	
III.	*Σ.*	6.	Aeliani de instruendis aciebus opus c. fig.; membr.
III.	*Φ.*	2.	
I.	*Ω.*	11.	— de varia historia lib. XIV.
III.	*Σ.*	1.	
I.	*T.*	1.	— de animalium proprietate lib. XVII.
?	?	?	Acta apostolorum. (6 codd. mss.)
III.	*Φ.*	12.	Actuarii, filii Zachariae, methodi medendi lib. IV. V. et IX.; de urinis lib. VII; et affectibus de affectionibus spiritus animalis et eius nutritione lib. II.
III.	*T.*	14.	— de vulva tr.
I.	*Φ.*	2.	Aelius Alexandrinus de usu et facultate partium.
I.	*T.*	15.	Aeschylii, Atheniensis, Supplices cum scholiis nonnullis marginalibus.
IV.	*Ψ.*	14.	Aetii, Amideni, comitis Opsicii, medicinae tetrabibl. prim. et ex secund. sermones duo, et tetrabibl. II ult.
I.	*Ω.*	8.	
I.	*Φ.*	6.	
I.	*P.*	12.	
III.	*Σ.*	17.	Aetii de arte medendi interpretarius liber.
V.	*H.*	6.	Agalliani melismata, quae plurimas cantiones pro musica continent, una cum viginti aut etiam pluribus aliis tum melismatopoeis tum rhythmopoeis, inter quos fere praecipuus Ioannes quidam Lampadarius.
I.	*Φ.*	2.	Alexandri Tralliani de diuturnis affectionibus humanis a capite usque ad pedes lib. VI; de diebus criticis et de oculorum affectionibus ex III. lib.
II.	*X.*	3.	Alexii Aristeni explicationis canonum SS. apostolorum et patrum conciliorum iussu imp. Ioan. Comneni scriptae tom. II.
?	?	?	Alcinous de dogmatibus Platonis.
?	?	?	Alexander Aphrod. de complexione et incremento; eiusd. comm. in lib. I. analyticorum Aristotelis; eiusd. naturalia problemata.
?	?	?	Alexander mon. de inventione crucis.
?	?	?	Amphilochii ascetici sermones et alia eiusd.
?	?	?	Anastasii Sinaitae homiliae et hexaëmeron.
?	?	?	Andronici arithmetica Pythagorae.
?	?	?	Athanasii, archiepisc. Alexandrini, opera.
III.	*T.*	11.	Apollodorus Atheniensis de obsidendis civitatibus.
III.	*Σ.*	3.	Apollonii Rhodii argonauticorum lib. IV.
I.	*P.*	16.	
III.	*Σ.*	20.	— — argonauticorum lib. IV c. scholiis incerti.
IV.	*Ψ.*	23.	— — grammatici tr. de dictionum passionibus.
III.	*T.*	9.	— — grammaticae lib. III.
IV.	*Ψ.*	4.	— — Pergaei de constructione partium lib. IV c. fig.
?	?	?	Apocalypsis; membr. 4.
II.	*T.*	4.	Appiani Romanae historiae lib. V.
III.	*Σ.*	3.	Aratus de astris c. vita Arati.
I.	*X.*	14.	Archimedis opera c. comm. Eutocii.
I.	*T.*	6.	— — opera absque comm.

Plut. Arm. No.

I. Ρ. 7. Aretaei Cappadocis acutorum morborum curationis lib. II; de causis et signis acutarum passionum lib. II; de causis et signis diuturnarum affectionum lib. II et de diuturnorum morborum curatione lib. II.

I. Σ. 14.; — — 15.; — — 16.; I. Χ. 13.; I. Φ. 18. Aristidis rhetoris opera varia c. scholiis inc. auctoris.

III. Φ. 6.; III. Τ. 16. Aristophanis Plutus, nubes et ranae c. scholiis.

IV. Ω. 7. — — ranae.

I. Χ. 4.; I. Τ. 7. Aristarchus, de magnitudinibus et spatiis solis et lunae.

II. Φ. 35.; I. Χ. 12. Alypii isagoge in musicam et Aristidis Quintiliani harmonicorum libri III.

III. Φ. 10.; III. Σ. 9. Aristoteles de interpretatione c. comm. Hermiae.

III. Σ. 9. Aristotelis categoriae.

III. Φ. 10. — — — — c. expos. Ammonii.

I. Τ. 10. — — categoriae et in easdem paraphrases incert. auct.

I. Τ. 10. — — — — c. comm. Porphyrii.

III. Φ. 10.; II. Φ. 16.; II. Ρ. 9. — — priorum analyticorum lib. I. c. comm. Alexandri Aphrodisiensis.

III. Φ. 10. — — priorum et posteriorum analytic. lib. c. expos. Philoponi.

III. Τ. 8. — — priora c. eod. comm.

III. Σ. 9. — — priora et posteriora.

I. Τ. 10. — — physica c. paraphrasi inc. auct.

III. Φ. 9. — — c. scholiis.

II. Σ. 15.; III. Σ. 2. — — de naturali auscultatione lib. VIII.

I. Φ. 13. — — de eadem lib. VIII c. expos. M. Pselli.

I. Φ. 17. — — parva naturalia.

III. Τ. 21.; II. Τ. 13.; III. Σ. 2. — — de coelo lib. IV.

I. Φ. 9. — — meteorologicorum lib. I. c. expos. Philoponi.

III. Τ. 21. — — de anima tr.

II. Σ. 15. — — — — — lib. III c. argumentis Simplicii; adhaeret fragm. ex eodem.

III. Τ. 21.; II. Τ. 13. — — tr. de generatione et corruptione.

III. Σ. 9.; III. Σ. 9.; II. Χ. 17. — — topicorum lib. VIII.

III. Σ. 9.; I. Τ. 10. — — reprehensiones sophistarum.

III. Φ. 10. — — id. op. c. expos. Ephesii.

III. Φ. 10.; II. Φ. 6.; I. Ω. 4. — — — c. adnott. Alexandri Aphrod.

I. Φ. 17. — — parva naturalia c. expos. Theod. Metochitae.

II. Τ. 13. — — de memoria et reminiscentia lib. XV. (?)

II. Τ. 13. — — de sensu et sensibili, sommno et vigilia lib. un., de insomniis lib. un., de divinatione per somnum, de longitudine et brevitate vitae, de iuventute, de senectute, de vita et morte, de coloribus.

II. Σ. 15.; II. Τ. 13. Aristoteles de motu animalium et de eorundem partibus.

I. Τ. 10. Aristotelis ethica c. paraphrasi inc. auct.

II. Τ. 18. — — — ad Nicomachum c. paraphrasi Ioan. Cantacuzeni.

I. Τ. 18. — — — ad Nicomachum c. paraphrasi Georgii Pachymerae.

III. Τ. 7. — — id. op. sine comm.

I. Φ. 8. — — id. op. c. paraphrasi Ioannis.

III. Τ. 10. — — fragm. ex iisdem libris.

I. Σ. 12. — — rhetorica ad Alexandrum.

II. Τ. 13. — — de plantis lib. II.

IV. Ω. 22. — — de virtutibus.

III. Τ. 18. — — metaphysicorum lib. XIII c. gl.

I. Τ. 10. — — metaphysica c. paraphrasi inc. auct.

I. Τ. 12. — — metaphysica c. scholiis Hermiae.

V. Θ. 19. Asclepii Tralliani enarratio isagoges arithmeticae Nicomachi.

I. Τ. 7. Avizennae de urinis tractatus.

II. Τ. 14.; I. Χ. 4. Autolyci sphaerica et de ortu et occasu stellarum lib. II.

I. IV. 1. Astrolabium Ammonii et de eius usu.

B.

? ? ? Basilii, archiepisc. Caesar., opera. (8 codd. mss.)

? ? ? Bessarionis, Nicaeni episc., opera.

IV. Κ. 12.; VII. Ζ. 16.; III. Τ. 11. Bitonis lib. de constructione bellicorum instrumentorum.

III. Σ. 11. Boëtii de consolatione lib. V c. expos. Maximi Planudis, monachi, ex Latina in Graecam linguam vers, c. eiusd. praefatione.

C.

II. Σ. 6. 8. Q. Calabri paralipomen. Homeri lib. XIV.

VII. Ζ. 4. Callisthenes de rebus gestis Alexandri M.

I. R. 14.; I. Φ. 5.; II. Τ. 10.; I. Τ. 14.; I. Σ. 11.; I. Σ. 19.; III. Σ. 13.; I. Χ. 12.; II. Φ. 3.; I. Τ. 14.; III. Τ. 21. Claudii Ptolemaei opera varia omnia et inter ea eiusd. almagestum et cosmographia.

? ? ? Cyrilli, archiepisc. Alexandr., opera. (21 art.)

? ? ? — , archiepisc. Hieros., opera. (3 codd. mss.)

IV. Ψ. 21. Constantini Manassis synopsis chronica a mundo condito usque ad imperium Nicephori Botoniatae.

VII. Ζ. 15.; III. Θ. 13. Annae Comnenae, Alexii filiae, de rebus gestis Alexii, patris sui, lib. XIII.

I. Σ. 13. Demosthenis oratio de foedere Alexandrino; fragm. orationis de Rhodiorum libertate et adversus Timocratem oratio.

Plut. Arm. No.

III. Σ. 16. | I. R. 20. | III. Σ. 12. Demosthenis omnes fere orationes.

II. Φ. 1. — — orationes XIX c. argumentis Libanii.

? ? ? Didymus de marmoribus.

III. Σ. 5. | I. T. 2. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. XV demptis VI. — X.

I. T. 5. | I. T. 4. Dionis Cassii, Nicaeni, epitome Romanae historiae.

III. Σ. 15. Dionysius Halicarnassensis de Thucydidis idiomatibus.

IV. Ψ. 1. — — — — rhetorica.

I. Σ. 12. — — — — antiquitatum Romanarum lib. I. — XI.

II. T. 12. | I. Σ. 12. | II. R. 3. Dioscoridis opera.

E.

I. X. 12. | II. Φ. 5. | I. Σ. 16. Emanuelis Bryennii harmonicorum lib. III.

IV. X. 20. — —, philosophi Ephesini, carmina.

? ? ? Ephremi, Syri abbatis, opera et vita. (12 codd. mss.)

? ? ? Evagrii, scholastici, opera. (4 codd. mss.)

? ? ? Quatuor evangeliorum codd. 5, quorum duo saec. XII.

III. Φ. 5. | III. T. 21. Euclidis geometricorum elementorum lib. XIII; membr. 4.

II. Φ. 5. | I. X. 12. — sectio regulae de musica et isagoge harmonica.

I. X. 4. — catoptrica, phaenomena.

I. Ω. 9. Euripidis Hecuba, Orestes, Phoenissae, Andromache, Medea et Hippolytus.

IV. Ψ. 15. — — Hecuba c. gl.

? ? ? Eusebii Caesariensis opera theologica. (4 codd. mss.)

I. T. 11. Eustathii Ascalonitae comm. in I. Archimedis librum.

? ? ? Euthymii Zigabeni opera. (4 art.)

? ? ? Esaiae abbatis sermones. (3 codd. mss.)

? ? ? Epiphanii, episc. Constantinop., opera. (3 codd. mss.)

F.

IV. Ψ. 21. Fr. Rocabertini dialogus de fortitudine, interloquentibus Mercurio, Minoë, Gonsalvo Fernandez, Romano Cardona, Ioanne Manriquez et Carolo V., in quo de gloriae militaris palma certatur. (Graece et Latine)

G.

II. T. 14. Galenus de victus ratione et de febrium dignotione et cura.

I. Σ. 12. — , potius ex libris Galeni, in quibus de omni morbo agitur, quaedam.

II. Σ. 11. | III. Σ. 17. — , vel synopsis ex libris simplicium medicamentorum et de alimentorum facultatibus; expositio in Hippocratis librum de succis et simplicium medicamentorum facultate; de urinis; membr. 4.

III. T. 14. — de urinis, de succedaneis medicamentis et alimentorum facultate.

III. Φ. 7. | III. T. 17. Galeni in Hippocratis prognostica et aphorismos expos.

II. Σ. 5. Symptomatum lib. VI aceph. et comm. in Hippocratis lib. de victus ratione acutorum morborum sive de ptisana.

III. T. 7. Hippocrates de musculis eorumque motu, de dissectione initiali, de ossibus, venis et dissectione earum, arteriarum et nervorum; membr. 4.

III. Φ. 5. Hippocratis tr., quis sit usus observationis pulsuum; de urinarum differentia synopsis, ex eodem et ex libris de simplicium medicamentorum facultate, ex libro de variis morbis et alio de eorum causa et denique ex libris de symptomatum differentia eclogae.

? ? ? Gennadii, patriarchae Constantinop., opera. (3 codd. mss.)

II. T. 14. Georgii Chrysococcae, medici, expos. per epitomen in regulas astronomicas et methodus conficiendi astrolabium.

I. Σ. 11. Georgii Curtesii, scholaris, chronographia.

I. Ω. 10. Georgii Pachymerae Romanae historiae lib. XII.

? ? ? — — — cetera opera. (8 art. mss.)

I. Φ. 5. Georgii Trapezuntii isagoge in magnam Ptolemaei compositionem.

III. Σ. 1. — — — in Platonem isagoge.

III. T. 18. — — — contra Graecos ad Ioannem epist.

? ? ? Gregorii Nazianzeni opera. (19 art.)

? ? ? — Nysseni opera. (18 art.)

H.

II. Ω. 11. Harmenopuli prochiron c. not. ms. Ant. Augustini, cuius olim erat.

I. Σ. 20. Heracliti, Pontici, allegoriae in ea, quae Homerus de deis disserit.

I. X. 6. | I. T. 8. | III. Σ. 14. Hermiae in Phaedrum Platonis scholia.

III. T. 12. | IV. X. 1. — philosophorum irrisio.

? ? ? Heronis Alexandrini tr. de machinis, pneumatica et alia opera eiusd. (10 art.)

III. Φ. 16. Hesiodi opera et dies c. scholiis Procli Platonici, Diadochi; eiusd. theogonia c. scholiis.

I. Φ. 11. Hierothei philosophi carmina de lapide philosophorum.

I. T. 8. | II. Σ. 10. | III. T. 17. Hippocratis, physicorum principis, aphorismorum sectiones VI c. expos.

III. Φ. 3. 12. — — aphorismi et prognostica.

II. T. 14. — — de insomniis.

II. Σ. 5. — — tr. de victus ratione in morbis acutis c. expos. Galeni. (Vid. supra.)

I. Ω. 12. Homeri Ilias c. scholiis; membr. 4. (vid. Bibliothek der alten Literatur und Kunst, l. c. Stück V. pag. 45 sq. et Stück VI. pag. 135 — 139.

III. T. 20. — — c. paraphrasi; cod. membr. vetust. fol. (olim Δ. l. 1. vid. Bibliothek d. alt. Literatur etc., l. c. St. V. pag. 46. et St. VI. pag. 139 — 141.)

III. T. 20. — —; membr. 4.

II. Σ. 7. — —; saec. XV. chart. 4. (vid. Bibliothek etc., l. c. St. VI. pag. 141.)

IV. T. 17. — —; chart. 4.

II. Φ. 19. — —; 1299. chart. 4. (vid. Bibliothek etc., l. c. pag. 141.)

Plut. Arm. No.

III. Ψ. 15. Homeri Odyssea; membr. 4.
IV. Ψ. 1. — batrachomyomachia et gallomachia.
I. T. 2. Hermiae Sozomeni, Salaminis, historiae ecclesiasticae lib. IX.

I.

? ? ? Ioannis Cantacuzeni, imperatoris, opera. (4 codd. mss.)
? ? ? — Chrysostomi opera. (41 art.)
? ? ? — Damasceni, monachi, opera. (22 art.)
II. T. 14. — — —, medici, remedia varia in morbos varios.
III. T. 14. — — — lib. de natura vacuorum medicamentorum etc.
? ? ? — Grammatici, Alexandrini, opera. (9 codd. mss.)
II. Σ. 7.
II. R. 17.
III. T. 20. } — Tzetzae paraphrasis in Homeri Iliadem. (vid. supra)
III. Φ. 16. — — scholia in opera et dies Hesiodi.
IV. Ω. 17. — — scholia in Oppiani libros de piscibus.
I. Σ. 13. — — variae historiae.
IV. X. 18.
II. R. 14.
I. R. 9. } — — scholia in Lycophronem.
I. T. 11.
III. T. 5. } — Zonarae chronicon a dictatura Sullae usque ad imperium Alexii Comneni.
? ? ? — — opera varia. (4 art.)
I. Φ. 7. Iustiniani novellarum fragmenta; chart. fol. (Sunt XXXIII novellae Graecae ex cod. Vatic. descriptae.)

L.

III. X. 9.
II. Φ. 8.
— — 10.
I. Φ. 3.
IV. Ω. 21.
II. Φ. 22.
II. Σ. 13. } Leonis, imperatoris, constitutionum militarium breviarium; saec. XVI. chart.
IV. Ψ. 5.
II. R. 10. } — — — naumachia.
I. T. 16.
II. Φ. 14. } — — — vaticinia.
IV. Ω. 20.
IV. Ψ. 10.
II. R. 9. } — — — orneosophicon ad Nicephorum imperatorem.
? ? ? Libanii, sophistae, opera. (13 art.)
I. Σ. 12.
II. R. 11. } Luciani philopatris.
I. R. 18. Lycophronis Alexandra c. scholiis Isaaci Tzetzae.
I. Σ. 14. Libanii et Aristidis ad Achillem considerationes.

M.

IV. Ψ. 1. Macrobius in somnium Scipionis.
? ? ? Marci Metropolitae epistolae duae ad praepositum in monte Atho monasterii Batopedii et ad quendam philosophum.
